f torũ cũm ceciderint turres.

☞ dño per inobediẽtiã. a Neq; ad dexterã neq; ad ſiniſtrã. i. neq; ꝓpt ꝓſperitatẽ/ neq; ꝓpt aduerſitatẽ declinet̃ ab hac via. b Et ꝯtamiabit/ eſdras: vel ꝯtamiabis tu ipſe o popule admonitione eſdrę. c Laminas ſculptiliũ argẽti tui. i. oĩa idola argẽtea de laminis argẽti facta cõminues ⁊ q̃ſi cõtamiata reijcies. d Et veſtimẽtũ. i. ornamẽtũ. (ꝯtaminabis) e Cõflatilis auri tui. i. idoloꝝ ꝯflatiliũ. f Et diſperges ea ſicut imũdiciã menſtruatę. Septuaginta dicũt: Contaminabis idola deargẽtata ⁊ deaurata. i. ꝯtamiata reputabis: ⁊ ſic imũdiciã abomiaberis. Deinde dirigit dñs ſmonẽ ad eſaiã vl' ad hieremiã/ dicens: g Egredere/ o eſaia/ vel hieremia ad populũ. h Et dices ei: ea quę ego oſtendi tibi. Vel ſic: g Egredere. i. egredieris de captiuitate o tu ꝓpl'e. h Et dices ei/ tu ꝓpheta/ vel tu eſdra: qd ſequit̃ poſtea. Hebręus ſic dicit: Pollutio ſculptilis ⁊ conflatilis: egredere dices ei: id eſt o tu popule dices conflatili et ſculptili: pollutio mihi es/ egredere a me. i Et dabitur/ poſtq; egreſſus fueris de captiuitate in terrã tuam: ⁊ reieceris idola tua. k Pluuia ſemini tuo vbicũq; ſemiaueris in terra: ſine qua non poteſt terra illa fructificare. n Et panis frugũ terrę erit vberrimus. i. fruges vnde fiunt panes/ erunt vberrime. o Et pinguis. i. ſuſtentabit: qd eſt ſignum magnę fertilitatis. E contrario in tẽpe ſterilitatis panis nullũ firmamentũ habet. Hebręus dicit loco pinguis/ multus ⁊ ſatians. p Paſcet̃ in poſſeſſiõe tua. i. t̃ra tua. q In die illa/ cum redieris et idola confregeris. r Agn⁹ ſpacioſe/ per agros. s Et tauri tui ⁊ pulli aſinoꝝ tuoꝝ qui opant̃ terrã/ cõmixtũ migma comedẽt ſicut in area ventilatũ eſt. i. granũ hordei cũ palea. Vñ ſeptuaginta. Tauri veſtri ⁊ boues q̃ opant̃ terrã comedẽt paleas cõmixtas i hordeo ventilato: In quo notat̃ magna fertilitas. Iudei dicũt q in nouiſſimis tempib⁹ pręmagna fertilitate non ſolũ ſibi ſed etiam iumẽtis ſuis bene erit: ita q boues et aſini comedẽt hordeũ bis ventilatũ: Et etiã illa quę ſequunt̃ tempe ſui meſſię: qñ aurea hieruſalẽ erit/ ꝯtendũt implenda. Sed friuolũ eſt h̃/ et exponit̃ de reditu captiuitatis babylonis ſub eſdra ⁊ zorobabel. Et vnde tanta fertilitas erit oſtendit. ſ. a pluuia ſine cui⁹ bñficio terra iuda ſterilis ẽ. Vñ dicit: a Et erũt ſup oẽm montẽ excelſũ: ⁊ ſup oẽm collẽ eleuatũ riui currẽtiũ aq̃rũ: qd nõ ſolet fieri niſi tpe pluuioſo: maxime in terra illa q̃ eſt tantę ſiccitatis. Et ꝯſequent̃ determinat ꝓpha tempus qñ h̃ erit. ſ. cũ interfecto balthaſar rege babylonis cyr⁹ habebit monarchiã. Et hoc ẽ: d In die. i. poſt diem. e Interfectionis multorum. ſ. balthaſar et ſuorũ. f Cum ceciderint turres/ babylonis.

☞ Et erit lux lunę

Myſtice ✠ a Neq; ad dexterã neq; ad ſiniſtrã. i. noli eſſe nimis iuſtus: Eccl'e. vij. c. qd eſt declinare ad dexterã: neq; nimis remiſſus: qd eſt declinare ad ſiniſtrã. Hiero⁹. In vtraq; parte quicq̃d ſupra modũ eſt/ in vitio eſt. Vel ad dexterã declinat/ q̃ in ꝓſperis extollit̃: Ad ſiniſtrã/ q̃ in aduerſis deijcit̃. Numeri. xx. c. Gradiemur via publica: nec ad dexterã nec ad ſiniſtrã declinãtes: donec trãſeam⁹ terminos tuos. Itẽ dextera ꝯtẽplatiua vita: ſiniſtra actiua. Vñ Cant'. viij. a. Leua ei⁹ ſub capite meo: ⁊ dextera ill⁹ amplexabit̃ me. Neutra ꝓpt alterã dimittẽda ẽ. b Et ꝯtaminabis lamias ſculptilium argẽti tui ⁊ veſtimẽtũ ꝯflatilis auri tui ⁊c. Septuaginta addũt: Et ſicut ſtercus abijcies ea. i. oĩa dogmata phoꝝ ⁊ hereticorũ q̃ſi imũda abijcies: Quę ad ſimilitudinẽ eloquẽtię veritatis ſculpta ſũt/ q̃ p argentũ intelligit̃: iuxta illud Prouer. x. c. Argentũ electũ lingua iuſti: Et in ratiõe ſapientię ꝯflata/ quę per aurũ accipit̃: iuxta illud Iob. xxviij. a. Auro locus eſt in quo ꝯflatur. Et nota q dicit lamias argenti: ⁊ veſtimẽtũ auri: nam hmõi dogmata ⁊ etiã multorũ theologoꝝ/ laminis eloquẽtię tm̃: ⁊ melle ſapię. i. decore verborũ palliata ſũt ⁊ intus nihil. Eccl'i. iiij. d. Nõ abſcondas ſapiẽtiã tuã in decore ſuo. Michęe. v. d. Perire faciã ſculptilia tua et ſtatuas tuas d̃ medio tui. Hiere. x. c. Stultus fact⁹ ẽ oĩs homo a ſciẽtia ſua: ꝯfuſus eſt artifex oĩs in ſculptili: qm̃ falſũ eſt qd cõflauit. g Egredere/ o ꝑdicator de terra tua et de cognatiõe tua/ ⁊ de domo pr̃is tui: ſicut abraã: Geñ. xij. a. h Et dices ei: id eſt populo poſt egreſſum tuũ. i Et dabitur pluuia: gratię: l Semini tuo. i. ꝑdicationi tuę. m Vbicunq; ſemiaueris i terra. i. in quacũq; gente ꝑdicaueris. I. xxxij. d. Beati qui ſemiatis ſup oẽs aquas. i. qui oĩbus gentib⁹ ꝑdicatis. Ecce ſi ſic ꝑdicator egrediat̃: erit ſua ꝑdicatio glĩoſa. Prouer. iij. c. Cuſtodi legẽ meã ⁊ cõſiliũ meũ: ⁊ erit vita aię tuę ⁊ gratia faucib⁹ tuis. Lex ad vitã animę: ꝯſiliũ ad gratiã fauciũ refertur. n Et panis frugum terrę erit vberrim⁹/ in ore ꝑdicatoꝝ. o Et pinguis/ in corde auditorũ. iij. Reg'. xviij. g. legit̃ q interfectis ſacerdotibus baal/ data fuit pluuia t̃rę: cũ nõ pluiſſet trib⁹ annis ⁊ mẽſib⁹ ſex. Et. iiij. Reg'. iiij. g. legit̃ q panis heliſei vberrim⁹ fuit: ita vt multi hoĩes de paucis panib⁹ ſaturati fuerãt. Et in h̃ loco non dat̃ pluuia ſpirituali ſemini/ nec panis vberrim⁹/ nec pinguis eſt: niſi prius idola de argẽto fuerint cõminuta ⁊ ꝑdicator egreſſus. Et q̃d eſt hoc niſi q non habet gratiã vel effectum prędicatio: niſi ꝑdicator in ſe ꝑus vitia deſtruxerit: et de amore mũdi fuerit egreſſus. Ideo dr̃ Hiere. l. b. Recedite de medio babylonis: ⁊ de terra chaldęoꝝ egredimini. p Paſcetur i poſſeſſiõe tua. i. in eccleſia. q In die illa/ cum abieceris vitia: ⁊ egreſſus fueris de terra tua: r Agnus ſpacioſe. i. mitis corde: q̃ ſequit̃ agnũ q̃cũq; ierit: Apoc. xiiij. a. s Et tauri tui. i. p̃lati duces gregis. t Et pulli aſinorũ. i. ſubditi ſimplices. v Qui opant̃ t̃rã. i. eccleſiã ṽbo vel exẽplo: vel vnuſq̃ſq; carnẽ ſuã macerãdo. x Cõmixtũ migma comedent. i. hiſtoricũ ſenſũ cũ ſpũali. y Sic i area/ ſcripturę: z Vẽtilatũ ẽ. i. a ſpũſctõ examiatũ. Ecce h̃ p hordeũ ſignificat̃ ſacra ſcriptura. Sicut̃ p hordeũ qd ſemiauit iſaac apd allophylos: Geñ. xxvj. c. qd cẽtupliũ germinauit. Sicut̃ Oſee. iij. a. choro et dimidio hordei adulterã cõduxit: qd ſignificat q chriſtus ducens gentilitatẽ adulterã daturus erat ei ſcientiã legis hiſtoricã cum intelligẽtia ſpirituali. Vnde ⁊ dñs q̃nq; panibus hordeaceis/ q̃nq; milia hominũ ſatiauit: Ioh. vj. b. a Et erũt ſuper omnẽ montem excelſũ. i. ſuper viros iuſtos virtutibus eminentes. b Et ſup oẽm collẽ eleuatũ. i. ſuper minores iuſtos vita pollẽtes. c Riui currẽtiũ aq̃rũ. i. doctria ꝑdicatiõis ṽbi dei. I. xlj. c. Aperiã in ſupremis collib⁹ flumia: ⁊ i medio camporum fontes: ponã deſertũ in ſtagna aquarũ. d In die interfectiõis multoꝝ. i. poſt aduentũ dñi: qñ multi interficient̃ gladio verbi dei vt viuant. Vñ petro dictũ eſt: Occide ⁊ mãduca. Act'. x. b. Vel/ In die interfectionis multoꝝ. i. in die iudicij: qñ multi interficient̃ gladio ſententię iudicis. Multi q̃dẽ ſũt vocati ſed pauci electi: Matth. xx. b. I. xxxiiij. b. Victima dñi in boſra: ⁊ interfectio magna i terra edom. Hiere. xlvj. c. Victima domini in terra aquilonis iuxta flumen euphratẽ. f Cum ceciderint turres: id eſt demones vel ſupbi principes: qui in die iudicij in infernũ deijcient̃. De qb⁹ Pſ. Vidi impiũ ſuperexaltatũ ⁊ eleuatũ ſi- Pſ. 36.
✠ cut cedros libani.

G a Et erit lux lunę ſicut lux ſolis: ꝛ lux ſolis erit ſeptē/
plicit ſicut lux ſeptē dierū. i. leticia ꝛ ꝓſperitas terrę iudę
maior erit ꝙ̄ prius fuerit: ſicut lux ſolis maior eſt ꝙ̄ lux lunę.
d In die q̄ alligauerit dn̄s vulnus ppli ſui: ꝛ ꝑcuſ/
ſurā plagę eius ſanauerit. i. cū liberauerit iudęos a captiui/

a Et erit lux lunę ſicut lux ſolis:
b
c et lux ſolis erit ſeptēplicit ſicut
d lux ſeptē dierū: in die q̄ alli/
gauerit dn̄s vulnus ppli ſui: ꝛ
ꝑcuſſurā plagę eius ſanauerit.
e Ecce nomē dn̄i venit de lon
f
g ginq̄: ardens furor eius ꝛ gra/
h
i uis ad portādū. Labia eius
k
l repleta ſunt indignatiōe: et
m
n lingua eius q̄ſi ignis deuorās.

tate babylonica: quā vocat vulnus ꝛ ꝑcuſſurā. Iudei hāc multorū interfectionē ꝛ turriū euerſionē referūt ad deſtructionē romani imperij: quos montes ꝛ turres vocant. Quibus videt apl's cōſentire/ ſm vnā expoſitionē. ij. Theſſal. ij. b vbi ait: Qui tenet nūc teneat donec d̄ medio fiat. Riuos dicit copiā ſanguinis effuſi: Uel ad litterā torrentiū: qꝛ tūc erit tāta beatitudo ꝓplo iſrael: vt nō ſolū valles ꝛ campeſtria: ſ ꝛ montes ꝛ colles aq̄s fluctibus irrigent. Sed nos ꝓ fabula habemus

Quarta pars h. Seq̄t e Ecce nomē dn̄i ꝛc. Quarta ps vbi exponit ꝓpha q̄lit ꝓmiſſa liberatio iudęorū fiet. ſ. ꝑ licentiā cyri dicēs: Ecce/ in primo. f Nomē dn̄i. i. p̄tās. g Uenit. i. veniet. h De longinq̄. i. de ꝑſide ꝛ media: In ꝑſis enim et in medis dicit venire nomē dn̄i: qꝛ ipſi inſpirati a dn̄o babyloniā deſtruxerūt ꝛ balthaſar occiderūt. Simile. s. xix. a. Aſcendet dn̄s ſup nubē leuē. i. ſup exercitū aſſyriorū ꝛ ingredieṫ egyptū. Siliṫ h: f Nomē dn̄i venit/ i medis et ꝑſis h De lōginquo/ in babylonē. i Ardēs furor eius. i. dn̄i ꝯtra babylonios. k Et grauis ad portādū: qꝛ babylonij nō poterant ſuſtinere impetū medorū ꝛ ꝑſarū: qui multū graues eis fuerūt. l Labia eius repleta ſūt indignatiōe: qꝛ dure ꝛ indignanṫ loquebanṫ medi ꝛ perſę ipſis babylonijs. n Et lingua eius q̄ſi ignis deuorās: ſpūs eius velut torrēs inūdās vſq̄ ad mediū colli: q̄ totū ſuffocat ꝛ obruit qd̄ habet obuiam. q Ad ꝑdēdas gentes i nihilū. i. babylonios penitus deſtruēdos. Oīa iſta crudelitatis ꝛ ꝯſumptiōis ponit ꝓpha/ ad oſtendendū ꝙ grauius iratus eſt dn̄s ꝯtra babylonios quos irrepabiliṫ deſtruxit/ ꝙ̄ ꝯtra alias natiōes q̄ iudęos vexauerūt ad ꝑdēdū. s Et frenū erroris qd̄ erat i maxillis pplorū. i. dominiū babyloniorū: qui alios ꝓplos oppmebāt ꝛ ducebāt ad libitū ſuū q̄ volebāt. Et cū h fuerit impletū: v Canticū erit vobis/ o iudęi. x Sic vox ſctificatę ſolēnitatis ꝛ leticia cordis/ erit vobis. z Sicut q̄ ꝑgit cū tibia vt intret in montē dn̄i. i. in tēplū qd̄ ē i hieruſalē. a Ad fortē iſrl': id eſt ad dn̄m q̄ fortiṫ ꝓtegit iſrael: ꝛ dat fortitudinē ꝯtra ini/

Aliter micos ſuos. Aliq̄ exponūt h de extermīatiōe exercitus ſennacherib: ꝓpt quā gauiſus eſt ꝓpl's iudęorū: et ſatiſ ꝯuenienṫ hoc modo. e Ecce nomē dn̄i. i. virtus vel p̄tās vel auctoritas ſiue fama dn̄i. g Uenit de longinq̄. i. poſt multū tp̄s ante ꝓuiſum ꝛ ꝓdictū. i Ardēs furor eius. i. dn̄i ꝯtra aſſyrios. k Et grauis ad portādū: imo intolerabilis. l Labia eius repleta ſūt indignatiōe: ꝛ lingua eius q̄ſi ignis deuorās. Anthropoſpathos eſt: Loq̄t eni de deo ſic de magno ꝑncipe irato/ verba iracūdię ꝛ indignatiōis ꝓferētis. o Spūs eius velut torrens inūdans vſq̄ ad mediū colli: quo cū ꝑuenerit ſuffocat. q Ad ꝑdēdas gētes. i. aſſyrios. r In nihilū: qꝛ in cinerē redacti ſunt. s Et frenū erroris. i. regē erroneū ꝛ idolatrā. ſ. ſennacherib: t Qd̄ erat i maxillis pplorū. i. q̄ alios ꝓplos violenṫ oppmebat. Et cū h fuerit. v Canticū erit vobis/ o iudęi. x Sic vox ſctificatę ſolēnitatis ꝛ leticia cordis/ erit vobis. Hebręus x Sic nox: qꝛ in nocte paſchali facta ē plaga i exercitu ſennacherib. z Sic qui ꝑgit cū tibia vt itret i mōtē dn̄i ad fortē iſrl'. i. infecto exercitu ſenacherib/ ita gaudebit̄ ꝛ exultabit̄ ꝛ cātabit̄: ſic cōſuetudo ē facere i tribus ſolēnitatibus dn̄icq̄ oēſ aſcēdebāt hierl'm

cū choris ꝛ tympanis ꝛ tibijs ꝛ cū gaudio magno. Nomē aūt dn̄i d̄r veniſſe ꝯ ſennacherib ꝛ nō ipſe dn̄s: qꝛ ꝑ illā exterminatiōnē fama nois ipſius longe lateq̄ magnificata ē. Un̄ ſeptuaginta ſic dicūt: Ecce nomen dn̄i venit poſt multum tempus: ardens furor cum gloria: eloquiū labiorū eius/ eloquiū

p Spiritus eius velut torrēs
inundans vſq̄ ad medium
q colli/ ad perdendas gentes
r
s i nihilum/ et frenum erroris
t qd̄ erat in maxillis populo/
v rum. Canticum erit vobis
x ſicut vox ſanctificatę ſolen/
z nitatis: ꝛ leticiā cordis ſicut
qui pergit cum tibia vt intret
a in montē dn̄i ad fortē iſrael:

irę plenū: et ira furoris eius ſicut ignis deuorauit: et ſpiritus eius ſic aq̄ in valle trahēs veniet vſq̄ ad collū: G et diuideṫ ✠ cut cedros libani: ꝛ trāſiui/ ꝛ ecce n̄ erat. Myſtice G
a Et erit lux lunę Al. mor
ſ. poſt iudicium. b Sic lux ſolis. i. magnus erit ſplēdor lunę multo plus ꝙ̄ modo. Celū eni nouū ꝛ terra noua erit: Apoc. xxi. a. c Et lux ſolis erit ſeptēplicit ſicut lux ſeptē dierū. i. tātū habebit ſplēdoris: q̄ntū habuit in ꝓmo ſeptendio: vt nō adhibeaṫ numero ſed ſpacio: qꝛ nō in oībus ſeptē primis diebus luxit ſol/ cū fuerit factus quarta die. Sed ē ſenſus: Tantus erit ſplendor eius: quātus fuit in ſpacio vel aliq̄ parte ſpacij ſeptē dierū ante pctm̄ adę. Tunc eni ꝑmiū laboris ſui percipiēt elemēta: qꝛ creatura liberabitur a ſeruitute corruptiōis: Ro. viij. d. Hieron. Non mirū ſi luna fulgorē ſolis recipiat: qꝛ iuſti fulgebūt ſicut ſol: Sap. iij. b. et Matth. xiij. f. Haimo. Oīa ꝓpter hoīem facta/ i eius lapſu peiorata ſunt: ſol ꝛ luna ſuo lumine minorata: ſed poſt iudicium reparabunṫ. Uel luna/ eccleſia: ſol chriſtus. j. Joh. iij. a. Nōdū apparuit q̄d erimus: ſcimus q̄m cū apparuerit ſimiles ei erimus. d In die q̄ alligauerit dn̄s vulnus ppli ſui: et ꝑcuſſurā plagę eius ſanauerit. i. in die iudicij q̄n electos ſanabit ab oīni culpa ꝛ miſeria. Et vere ita fiet: quoniā: e Ecce nomen dn̄i. i. filius p̄ris in eadem virtute ꝛ gloria: g Uenit. i. veniet i die iudicij ad dānandū malos: ꝛ remunerādū bonos. h De longinq̄. i. poſt multa tp̄a: vel de cęlo. i Ardēs furor eius/ in vindictā ꝯtra malos. In primo aduētu venit vt ros. j. xlv. b. Rorate cęli deſup. k Et grauis ad portādū/ reprobis: quibus grauis fuit etiā ad videndū: Sap. ij. c. l Labia eius. i. verba eius: m Repleta ſūt indignatiōe. i. terrore ꝛ accuſatiōe: q̄ſi dicet: Eſuriui ꝛ nō dediſtꝭ mihi mādūcare: Matth. xxv. d. n Et lingua eius q̄ſi ignis deuorās. i. ꝯdēnans diabolū ꝛ membra eius dicēs: Ite maledicti in ignem ęternū: Ibidē. Apoc. xix. c. De ore eius ꝓcedebat gladius ex vtraq̄ parte acutus. In ꝓmo aduentu lingua eius ſuauis ꝛ dulcis fuit. Un̄ Prouerb. iij. b. vbi nos habemus: In ſiniſtra eius diuitię ꝛ gloria: Septuaginta habēt: Legem ꝛ miſericordiā i lingua portat. o Spūs eius. i. indignatio eius. p Uelut torrēſ inūdāſ vſq̄ ad mediū colli ad ꝑdēdas gētes. i. gentiliṫ viuētes: r In nihilū: nō ꝙ mali in nihilū redigant: ſed nihilum reputabunṫ: ſemp viuētes i pęna: q̄ mortui fuerūt i culpa: qd̄ notaṫ in hoc ꝙ dicit: vſq̄ ad mediū colli. Daniel. vij. c. Fluuius igneus rapiduſq̄ egrediebaṫ a facie eius. Amos. v. g. Reuelabiṫ quaſi aqua iudiciū: ꝛ iuſticia quaſi torrēs fortis ad perdendū. s Et frenū erroris. i. dn̄atiōnē diaboli: t Qd̄ erat in maxillis pplorū. i. reproborū: qui ducebanṫ ab eo quo volebat: ſicut equus freno circūduciṫ pro voluntate ſeſſoris. Et tūc/ v Canticū erit vobis/ electis. x Sicut vox ſanctificatę ſolēnitatis. i. ſicut filij iſrael tranſito mari rubro: ꝛ ſubmerſo pharaone ꝛ exercitu eius/ cū magna leticia dixerūt: Cantemus dn̄o: glōſe eni magnificatus ē: equū ꝛ aſcēſorē ꝓiecit in mare: Sic in die iudicij Exo. 15. a
tranſito mūdo: ꝛ dānato diabolo cū exercitu ſuo/ boni cum leticia exultabūt i laudibus ſaluatoris. y Et leticia cordis ſicut qui pergit cum tibia vt intret in montem dn̄i ad fortem iſrael: id eſt ſicut iudęi cum omni gaudio intrabāt i templū: ſic oēs boni cū omni leticia intrabūt cęlū.

✠ Et auditam faciet

a Et ãuditã faciet dñs gl'iam
b vocl ſue: ẽt terrorẽ brachij
c d ſui oſtẽdet i cõmiãtiõe furo/
e ris: ẽt flãma ignis deuorãtl.
f g Allidẽt i turbine ẽt i lapide
h grãdinis. A võce enĩ dñi pa
i k uebit aſſur virgã ꝑcuſſus: et
l m n ẽrit trãſit⁹ ꝟge fũndat⁹ qũam
o p rẽqeſcere faciet dñs ſup eũ:
q in cithãrl ꝛ tympãnis ẽt i bel
r s lis ꝓcipuis t ẽxpugnabit eõs.
t Prepãta eſt enĩ ab heri tõ/
u x phet/ã rege ꝓpãra: ꝓfũdã ꝛ
y z dilãtata: nũtrimẽta ei⁹ ignis
a b ẽt ligna multa: flãtus dñi ſic
c e f tõrrẽs ſulphurl ſũccẽdẽs eã.

et diuidet vt cõturbet gentes ſuper errore vano ꝛ abijcietur
Al. t videt error et aſſumet eos in conſpectu eoꝝ. Sequit: a Et auditam faciet dñs gloriã vocis ſue.i.extermiationem exercitus ſennacherib notam faciet vbiq̃ʒ: vñ glorioſus erit apud oẽs. b Et terrorẽ brachij ſui oſtẽdet/in exterminatione exercit⁹. d In cõminatiõe furori ꝛ flãma ignis deuorãtl.i.aſſyrios incinerãtis. Septuaginta. Furorem bra/
Al. flãme chij ſui oſtendet cũ furore ꝛ ira ꝛ flãma ignis deuorãte fulmia/bit vehement. Sequitur: f Allidet in turbine ꝛ i lapide grãdinis: q: ſubito et deſuper veniet illa exterminatio exercit⁹ ſennacherib.i.deſtruet ꝛ in cinerem rediget. h A voce enĩ dñi pauebit aſſur.i.ſennacherib. k Uirga ꝑcuſſus.i.extermiatione ſui exercit⁹. Septuaginta. Ad vocem enĩ dñi ſupabunt aſſyrij plaga qua ꝑcuſſit eos: ꝛ erit eis ꝑ circuitũ. l Et erit trãſitus virge.i.ꝑcuſſionis dñi: m Fundat⁹/ſup ſennacherib: Hoc eſt/ꝟga dñi quã alias euaſit ſennacherib: modo fundabit in eo vt non euadat: q: exterminato exercitu ſuo fugit in terrã ſuam: ꝛ ibi in templo dei ſui occiſus eſt a ꝓprijs filijs: vt dicit.ĩ.xxxvij.g. n Quã.i.quia illã ꝟgã ſcilicet: o Requieſcere faciet dñs ſup eũ.i. ſup ſennacherib. p In citharis ꝛ tympanis.i. in feſto quo ſolebant vti citharis et tympanis. r Et in bellis ꝓcipuis.i.in fulmine/ ſiue per angelũ: s Expugnauit/ vel expugnabit eos/dñs.i.aſſyrios. Uel/ p In citharis ꝛ tympanis.i.in leticia iudeoꝝ. r Et i bellis ꝓcipuis/quia ſine omni periculo vel labore iudeoꝝ expugnauit eos. Deinde determinat locũ in quo facta eſt hec exterminatio.ſ. in valle gethſemani: que dicit tophet/a tophis lapidib⁹ ꝯcauis ꝛ leuibus: ex q̃bus factus erat ibi locus habẽs ignẽ perpetuum ad ſacrificia faciẽda. Et tradunt hebrei duas palmas in finibus illius vallis ſitas ex ſe fumũ ſemꝑ emittẽtes: vnde conijciunt eſſe ibi portã inferni. Conijciũt etiã hũc locũ ꝛ infernũ factũ ſecũda die mũdi: ꝓpt hoc ꝙ dicit hic: Ab heri.i.ab illa die que tm̃ habuit heri. Illa enĩ ſola dies primũ heri habuit: et tm̃ heri/nõ nudiuſterti⁹/ſicᷓ alie ſequẽtes: Sed ſm̃ h̄ prius fuit diabolus ꝙ̃ infern⁹. Dicit ergo: Ita expugnabit dñs aſſyrios. t Prepata eſt enĩ ab heri.i. ab antiq̃: vel ab illa die que primũ heri habuit/ et tm̃ heri. v To/phet.i.vallis illa interfectionis/ad h̄ vt ibi exterminaret exercit⁹ aſſyrioꝝ. x A rege.i.a deo mũdũ regẽte: y Preparata/occiſioni aſſyrioꝝ. z Profunda et dilatata.i.lata ꝛ ꝓfunda ad capiendũ oẽs. b Nutrimẽta ei⁹ ignis.i.ignis illi⁹. c Et ligna multa/ſũt.i.corpa exercitus interfecti redacta i cinerẽ/ſicut ligna per ignẽ. Et/ſupfluit: vel ꝓpone ꝛ conſtrue ſic: Ita ꝓfunda ꝛ dilatata preparata eſt tophet: et nutrimenta ignis eius ſunt ligna multa.i.ita ꝑpetu⁹ euaporat ardorib⁹ q̃ſi mult⁹ ignis in ea vigeret multis lignis nutritus. d Flatus dñi: id eſt indignatio dñi: e Sicut torrẽs ſulphurl ſuccẽdẽs eã.q.d.null⁹ ſuccendet eos.i.aſſyrios: niſi ſolus dñs ex indignatiõe ſua: Uel ventus emiſſus a dño ſic ſuccẽdet eam/ac ſi torrẽte ſulphurl.i.multa quãtitate ſulphuris ſuccenderet.
Myſtice vt a Et auditã faciet dñs gloriã vocis ſue.i. glorioſã vocẽ ſuã: q̃ reſurgẽt oẽs i bonũ vl' i malũ ſuũ. De q̃ Ioh.v.c. Uenit hora ꝛ nũc ẽ: qñ oẽs q̃ i monumẽtl ſũt audiẽt vocẽ filij dei: ꝛ ꝓcedẽt q̃ bona fecerũt in reſurrectionẽ vite: q̃ vero mala egerũt in reſurrectionẽ iudicij. Uel gloriã vocis/di/
Matth.25. cit illã vocẽ: Uenite bñdicti ꝛc̃. b Et terrorem brachij ſui.ſ.filium terribilem malis: c Oſtendet in cõminatione furoris/dicentis: Ite maledicti in ignem eternũ ꝛc̃. e Et flãma ignis deuorantis: id eſt eternalit crucian/tis. Deut.xxxij.c. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: ꝛ ardebit vſq̃ʒ ad inferni nouiſſima. f Allidet in turbine/tempeſtatis. Vñ Pſ. In circũitu ei⁹ tẽpeſtas valida. g Et in Pſ.49.
lapide grãdinis.i.lapidatione tribulationis. Vñ Eccl. xxxix.d. Ignis grando fames ꝛ mors: omĩa hec ad vindictã creata ſt: h A voce enĩ dñi: id ẽ a ſententia terribili: i Pauebit aſſur.i.diabolus ꝛ mẽbra eius. k Al. t expugnauit
Uirga percuſſus/vltiõis diuine: De q̃ .ĩ.xj.a. Percutiet terram virga oris ſui: et ſpũ labioꝝ ſuoꝝ interficiet impium. l Et erit trãſit⁹ virge.i.ꝑcuſſio vltionis diuine: m Fundatus: id eſt nõ trãſitorius: qḋ eſt cõtra Origenẽ: qui poſt mille annos veniam omnib⁹ etiã diabolo pollicetur. n Quã: id eſt quia illam virgam.ſ. o Requieſcere faciet dñs ſuper eum: id eſt ſuper diabolũ/ vt permaneat in etnũ. p In citharis ꝛ tympanis ꝛ i bellis ꝓcipuis expugnabit/dñs in die iudicij: s Eos.i.demones ꝛ oẽs reprobos.i. in leticia ſanctoꝝ: quia letabit iuſt⁹ Pſ.57.
cum viderit vindictã. Uel ideo in citharis: quia dñs non turbatus ſed letus vindicabit i malos. Hoc ſignificatũ eſt Ioſue.vj.c.vbi legitur: ꝙ vociferãte omni populo ꝛ clangẽtib⁹ tubis: muri hiericho corruerũt. Modo etiam dñs expugnat diabolũ per filios ſuos. p In citharis.i. conſona ꝓdicatione. q Et in tympanis.i.in carnis mortificatione. r Et in bellis precipuis.i.in malorum equanimi et humili perpeſſione. Nullo enĩ modo melius expugnatur diabolus ꝙ̃ per patientiã. Unde Sap.xij.d. Cum das nobis diſciplinam/inimicos noſtros multiplicit flagellas. t Preparata eſt enim ab heri: id eſt ab initio mundi. v Tophet: id eſt vallis gehenne. x A rege: id eſt a deo omnipotente: y Preparata/diabolo ꝛ angelis ei⁹: Matth. xxv.d. z Profunda/iuxta culpe ꝓfunditatem. a Et dilatata/iuxta culpe eternitatẽ ꝛ peccantiũ numeroſitatez. Unde.ĩ.v.d. Dilatauit infernus animã ſuam. b Nutrimenta ei⁹ ignis ꝛ ligna: id ẽ impioꝝ corpora/multa: q: lata eſt via que ducit ad perditionem: ꝛ multi ſunt qui intrãt per eam: Matth. vij.b. d Flatus dñi: id eſt ira dñi: e Sicut torrẽs ſulphuris: qḋ flãmas excitat. f Succedens eam: id eſt gehennã: Ibi enĩ erit feror intolerabilis: et ignis inextinguibilis: et vermis imortalis. Unde Pſ. Pſ.10.
Ignis ſulphur ꝛ ſpiritus ꝓcellarũ ꝛc̃. Apoc.xix.d. Miſſi ſt in ſtagnũ ignis ardẽtis et ſulphuris. Ezech.xxxviij.g. Ignẽ et ſulphur pluam ſuper eum.ĩ.l.d. Ambulate in flammis q̃s ſuccendiſtis vobis. Sed contra. Iob.xx.d. Deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur. Rñſio. Ignis materialis conſumptiuus eſt: ꝛ ideo ſuccenſione ꝛ nutrimento lignoꝝ indiget: ignis vero gehenne non conſumit/ ſed ſemel accenſus ſemper durat: et ideo ſuccẽſione materiali vel materialiũ lignorum nutrimẽto non indiget: Hoc dicit Iob. Qz hic dicitur: Flatus dñi ſuccendens eam: metaphorice loquitur: vt dicit Glo.i.ſua voluntate conſeruans. Qz.ĩ.l.dicitur: Quas ſuccẽdiſtis vobis: dicitur q: meritis eorum volũtarijs illic impij ſuccendentur. Ad litteram autem iuxta hieruſalem erat vallis quam pre amenitate elegerant iudei ad ſacrificandum idolis: vbi artificialit fecerunt ignem materialem indeficientem. Erat autem terra illa in qua erat vallis cuiuſdam ruſtici: qui dicebatur hennon: vnde dicta eſt vallis illa gehẽnon: id eſt ẽra hennon. Et quia ĩ valle hennon erat ignis materialis indeficiens: ideo quadam ſimilitudine vocauit dominus infernum gehennam: quia ibi eſt ignis indeficiens. Et eſt gehennon grecum: tophet hebreum/ idem ſignificans. Et dicunt tophet ſic dictum a tophis lapidibus concauis in modum pumicis inter quos nutriebatur ignis.

V E q̃ deſcẽdũt ꝛc̃. Su/ ¶ Expoſi. Capl. XXXI.
pra i capitulo p̃cedẽti monuit dñs per ꝓphetã reliq̃/
as iuda ne deſcẽderẽt i egyptũ: q̃ noluerẽt acq̃eſcere:
ideo hic in h̃ capitulo cõminat̃ eis q̃ iuerũt/ ꝛ q̃ in egyptios
idolatras ſperauerũt. Diuidit̃ aũt hoc capitulũ in tres ptes.

In prima cõminatur
A reſiduis illis quia de/
ſcenderunt in egyptũ
ↄtra conſiliũ dñi per
hieremiã. Scd̃o agit
de ꝓſperitate filioꝝ
Ar. ſup iſrael/ poſt reditũ d̃ ca
ptiuitate babylonica:
ibi: Quia hec dic̃
dñs ꝛc̃. Tertio d̃ ab
Ar. trãſierũt iectiõe idoloꝝ tempe
ezechie/ facta liberati/
one hieruſalẽ ab exer/
B citu ſennacherib: ibi:
Cõuertimini ꝛc̃.
Dic̃ g̃: a ¶ Ve/ illis:
b ¶ Qui deſcẽdũt/
timore chaldeoꝝ/ p̃ce/
ptum domini ꝛ conſi/

a V E q̃ dẽ/ ¶ Ca. XXXI
b ſcendũt i egyptum
c ad auxiliũ in equis
d
e
f ſperãtes: et habẽtes fiduciã
g ı in q̃drigis q̃ multe ſunt: et
h
i ſup eq̃tib⁹ q̃ p̃ualidi nimis:
k et nõ ſũt cõfiſi ſup ſctm̃ iſrl̃:
l
m et dñm nõ exquiſiert. Ipſe
n
o aũt ſapiẽs adduxit malũ: et
p
q verba ſua nõ abſtulit. Et cõ
r
s ſurget ↄtrã domũ peſſimoꝝ:
t
v et ↄtra auxiliũ opantiũ iniq̃/
x tate. Egyptus hõ et nõ de⁹:
y
z et eq̃ eoꝝ caro ꝛ nõ ſpũs. Et
a
b dñs inclinabit manũ ſuã/ et
c
d cõrruet auxiliator/ et cadet
e cui p̃ſtat̃ auxiliũ ſimulq̃
f
g oẽs cõnſument̃. Quia hec
h
i dicit dñs ad me: quõ ſi rugi/
at leo et catulus leonis ſup
k p̃dam ſuam/ cũ occurrerit ei
l
m multitudo paſtoꝝ: a voce eo
n rũ nõ formidabit: et a multi/
tudine eoꝝ non pauebit: ſic
o
p deſcẽdet dñs exercituũ vt p̃/
q
r liet̃ ſup mõtẽ ſion: ꝛ ſup col/

lium hieremie cõtemnentes. c ¶ In egyptum ad auxi/
liũ/ querendũ. e ¶ In equis ſperantes/ quibus abũdat
egyptus: non in dño. f ¶ Et habẽtes fiduciã in q̃dri/
gis/ egyptioꝝ. g ¶ Quia multe ſũt/ in egypto: que du/
cuntur in exercitib⁹. h ¶ Et ſuper equitibus/ egyptijs.
i ¶ Quia p̃ualidi nimis/ ſunt ſua opinione. k ¶ Et non
ſũt conſiſi ſup ſctm̃ iſrl̃. i. ſup ſctificantẽ iſrael: qui rema/
nentibus in terra ſua ꝓmittebat auxilium per Hiere. xlij. b.
l ¶ Et dñm nõ exq̃ſierũt/ corde vero: licet v̾bis: Dixerũt
eñi ad Hiere. xlij. a. Ora ꝓ nobis dñm q̃d agere debeam⁹:
et poſtea noluerunt obedire. m ¶ Ipſe aũt/ dñs. n ¶ Sa/
piens/ oĩa ſciens: ꝛ oĩa potens. o ¶ Adduxit malũ. i. na/
buchodonoſoꝛ pmiſſiue. Vel/ malũ/ neutri gener̃. i. pẽnã ꝛ
afflictionẽ eoꝝ effectiue. p ¶ Et verba ſua/ q̃ locut⁹ eſt p
hieremiã ꝛ eſaiam: q ¶ Nõ abſtulit/ irrita faciẽdo r ¶ Et
ↄſurget/ dñs ſicut ſtrenuus bellatoꝛ. s ¶ Cõtra domũ
peſſimoꝝ. i. ↄtra iudeos icredulos: qui hieremie ꝛ dño cre/
dere noluerũt. t ¶ Et ↄtra auxiliũ opantiũ iniq̃tatẽ:
id eſt ↄtra iniquos egyptios q̃ auxilium p̃ſtabant eis. q. d.
nec ipſi iudei nec ipſi egyptij potuerunt ſe defendere. Quia
v ¶ Egypt⁹. i. egyptius: x Homo. i. fragilis. y ¶ Et nõ
deus. i. nõ iuincibilis. z ¶ Et equi eoꝝ/ in q̃bus illi iudei
cõfidebãt: a ¶ Caro ꝛ nõ ſpũs. i. fragiles ꝛ cito deficien/
tes. b ¶ Et dñs inclinabit manũ ſuã. i. laxabit habenas
illis nõ dirigens eos. Metaphorice loquit̃ quaſi de equis.
c ¶ Et cõrruet auxiliatoꝛ/ iudeoꝝ. i. egypti⁹. d ¶ Et ca/
det cui p̃ſtat̃ auxiliũ. i. iudeus. e ¶ Simulq̃ omẽs. i.
egyptij et iudei: f ¶ Conſumentur/ a nabuchodonoſoꝛ.
Secũda ps g ¶ Quia hec dicit dñs. Scd̃a pars: in q̃ loquit̃ eſaias d̃
ꝓſperitate quã habuerũt iudei reuerſi de captiuitate babylo
nica. Et h̃ facit eſaias in maioꝛẽ ↄfuſionẽ iſtoꝝ iudeoꝝ q̃ de/
ſcenderũt in egyptũ: Solẽt eñi mali ↄfũdi q̃n vidẽt alioꝝ ꝓ/
ſperitatẽ. Compat aũt eſaias dñm leoni/ ꝓpt ↄfidentiã ꝛ forti
tudinẽ: q̃ nullũ timet ꝛ timet̃ ab oib⁹: ꝛ q̃ potent̃ eripuit iu/
deos de babylonica captiuitate: et potent̃ ꝓtexit poſt reditũ
ↄtra infeſtãtes natiões: que in circũitu infeſtabãt eos. Dicit
ergo. Ita fiet: Quia hec dicit dñs ad me/ dicit eſaias:
h ¶ Quõ. i. ſicut: i ¶ Si rugiat leo ꝛ catul⁹ leonis ſup
p̃dam ſuã. i. ſup alias feras vel pecudes q̃s p̃dat̃. k ¶ Cũ
occurrerit ei/ leoni poꝛtãti p̃dam ſuam: l ¶ Multitudo
paſtoꝝ/ volentiũ eripe p̃dam. m ¶ A voce eoꝝ nõ foꝛ/
midabit: confiſus in virib⁹ ſuis. n ¶ Et a multitudine
eoꝝ nõ pauebit: vt p̃dã ꝓpt eos dimittat. o ¶ Sic de/
ſcendet dñs exercituũ/ miſerãdo. p ¶ Vt p̃liet/ tanq̃
bon⁹ defenſoꝛ. Deſcẽdet inquã/ q ¶ Sup montẽ ſion/ de
fendendũ ꝛ liberãdũ a ſennacherib: ꝛ ab alijs natiõib⁹ impu/
gnãtib⁹ iudeos poſt reditũ de babylonia. r ¶ Et ſup collẽ
eius. i. hieruſalẽ
a ¶ Ve qui deſcendũt in egyptum. i. in mũdum. Ps. Myſtice
Deieciſti eos dum alleuarentur. d ¶ Ad auxiliũ in eq̃s Ps. 72.
ſperãtes ꝛ habẽtes fiduciã in q̃drigis q̃ multe ſt:
et ſup eq̃tib⁹ q̃ p̃/
ualidi nimis. Ecce
tota fiducia mundi in
trib⁹ cõſiſtit: In eq̃s/
in q̃drigis/ in eq̃tib⁹.
In eq̃s. i. i aduocat̃.
Apoc. ix. d. Poteſtas
equoꝝ in oꝛe eoꝝ. i. in C
aduocatiõib⁹: ꝛ i cau/
dis. i. dilatiõib⁹. Aba/
cuk. j. b. Leuioꝛes par
dis equi eius. In q̃/
drigis. i. in parẽtela:
vbi iugales ſũt ꝛ vin/
cula. j. xxxvij. e. dicit
ſennacherib: In mul/
titudine q̃drigaꝝ me/
arũ ego aſcẽdi altitu/
dinẽ montiũ. Quidã
eñi aſcendũt in dignitates eccl̃ie p parẽtelã: q̃dã p ſcientiã: ꝛ
foꝛte aliq̃ vtunt̃ theologia ꝓ ſcala. In eq̃tib⁹. i. in dignita/
tib⁹. Ezech. xxvj. b. Inũdatiõe eq̃ꝝ operiet te puluis eoꝝ a
ſonitu rotarũ eq̃tũ ꝛ curruũ mouebunt̃ muri tui. Iohel. ij. a.
Quaſi aſpect⁹ eq̃ꝝ/ aſpect⁹ eoꝝ: et q̃ſi eq̃tes ſic currũt: ſicut
ſonit⁹ q̃drigarũ ſup capita montiũ. k ¶ Et nõ ſũt ↄfiſi ſu/
per ſctm̃ iſrl̃: q̃ mag̃ in hoie q̃ in dño ↄfidũt. Contra q̃s
Hiere. xvij. a. Maledict⁹ q̃ ↄfidit in hoie: ꝛ ponit carnẽ bra
chiũ ſuũ. l ¶ Et dñm nõ exq̃ſierũt. Multi querũt: ſed
pauci exq̃rũt. i. ex coꝛde/ vel extra mũdũ querũt: et iõ pauci
inueniũt. Oſee. v. b. In gregib⁹ ſuis ꝛ armẽt̃ ſuis vadẽt ad
q̃rẽdũ dñm ꝛ nõ iuenient̃. m ¶ Ipſe aũt ſapiẽs adduxit
malũ: quia diſcrete et iuſte vnũquẽq̃ punit. Chryſ. Multi
iniuſta agũt: ſed nullus iniuſta patit̃. p ¶ Verba ſua non
abſtulit. Ps. Que ꝓcedũt de labijs meis non faciã irrita. Ps. 88.
r ¶ Et ↄſurget ↄtra domũ peſſimoꝝ: ꝛ ↄtra auxiliũ
opantiũ iniq̃tatẽ. Peſſimos vocat oẽs infideles: in q̃b⁹
nihil boni eſt: cũ in eis fundamẽtũ fidei ſit deſtructũ. Opan/
tiũ iniquitatẽ/ dicit malos chriſtianos. Vtroſq̃ puniet dñs.
v ¶ Egypt⁹ hõ ꝛ nõ de⁹: ꝛ eq̃ eoꝝ caro ꝛ ñ ſpũs. Hoc
dicit ↄtra ſupbiẽtes de ſciẽtia ſua. Doctoꝛ eñi ſupb⁹ ſe deum
facit. i. videntẽ. Ezech. xxviij. a. Dixiſti/ de⁹ ego ſum: ꝛ in ca/
thedra dei ſedi. Sed iſte tot⁹ eſt in tenebris: vnde bñ d̾r egy/
ptus. i. tenebroſus: et homo. i. fragilis: et caro non ſpiritus
. i. carnalis nõ ſpũalis. b ¶ Et dñs inclinabit manum
ſuã: que fuerat eleuata ad pcutiẽdũ. Iob. vj. b. Soluat ma/
nũ ſuã ꝛ ſuccidat me. c ¶ Et cõrruet auxiliatoꝛ ꝛ cadet
cui p̃ſtat̃ auxiliũ. i. et q̃ inique defendit: ꝛ q̃ inique defen/
dit̃. e ¶ Simulq̃ oẽs ↄſument̃/ a gehẽna: ſemp tñ viuẽ/
tes in ↄſũptiõe. g ¶ Quia hec dicit dñs ad me. q. d.
qui deſcendũt in egyptũ nõ ſaluabunt̃: ſed q̃ de babylone re/
deũt ſalui erũt. h ¶ Quõ ſi rugiat leo ꝛ catul⁹ leonis
cũ occurrerit ei multitudo paſtoꝝ: a voce eoꝝ nõ
formidabit: ꝛ a multitudie eoꝝ nõ pauebit: ſic de/
ſcẽdet dñs exercituũ vt p̃liet̃ ſup montẽ ſion ꝛ ſu/
per collẽ ei⁹. Glo. Haimonis exponit h̃ de chriſto: q̃ dicit̃
leo de tribu iuda: Apoc. v. b. Et catulus leonis: q̃ ſuſcitãs
et ſuſcitat⁹ a moꝛte a ſeipſo. Item catulus leonis fuit in pri/
mo aduentu: q̃ humilis: ſed leo erit in ſecundo: q̃ terribilis.
Oſee. xj. d. Leo rugiet: ꝛ foꝛmidabũt filij mar̃. Prouer. xix.
b. Sic fremit⁹ leonis: ita ꝛ reg̃ ira. Preda ei⁹/ oẽs pẽnitẽtes
quos p̃dat̃ diabolo. Mltitudo paſtoꝝ occurrẽtiũ: a quoꝝ
voce nõ pauet/ eſt multitudo hereticoꝝ: q̃ nitunt̃ ei eripe p̃e
dam ſuã: ſed nõ poſſũt. In malo poſſet exponi de diabolo. j.
Pet. v. b. Aduerſari⁹ veſter diabol⁹ tanq̃ leo rugiẽs circũit
querẽs quẽ deuoꝛet. Hic nõ timet multitudinẽ paſtoꝝ mo/
dernoꝝ: q̃ ab ipſo

ꝟ eius.i.hieruſalē:q̄ erat in colle. a Sicut aues volan/tes/ſup pullos ſuos. b Sic ꝓteget dn̄s exercituum hieruſalē/ↄtra ſamaritas ꝛ alias natiões:q̄ conatꝫ ſunt im/pedire reedificationem templi et hieruſalem.j.Eſdre.iiij.Et tpe machabeoꝝ in paucis multos fugauit.j.Machab.iij. c Proteges/vt ꝑn/ceps ſtrenuus ꝛ pul/dus. d Et liberās ab exercitu ſennache/rib. e Transiens/a termino vſq; ad ter/minū exterminādo ex/ercitum ſennacherib. f Et ſaluās/hieru/ſalem. g Conuerti/mini. Tertia pars/i qua ꝓpha reuertitur ad tps ezechie et ad/monet tribum iude et beniamin: vt ſicut in

B

Tertia pars

a le ei⁹. Sic aues volātes:ſic
b ꝓteget dn̄s exercituū hieru/
c ſalē/ ꝓtegēſ et liberās/trāſi/
d
e
f ens et ſaluās. Cōuertimi ſi/
g
h cut in ꝓfūdū receſſeratꝭ filij
i
k iſrꝉ. In die eni illa abijciet
l
m vir idola argēti ſui: et idola
n
o auri ſui q̄ fecerūt vob ma/
p
q nus vrē i pctm̄: et cadet aſ/
r
s
t ſur i gladio nō viri:et gladi⁹

ꝓfundo maloꝝ receſſerāt:ſic toto mētis affectu redirent an/teq; ſennacherib rediēs de egypto veniret in hieruſalē obſi/dendā. Captiuatis eni decē tribub⁹ deſtruxit ſennacherib to/tā terrā iuda/ꝑter hieruſalē quā obſedit: ſed ibi exterminat⁹ eſt exercit⁹ eius ab angelo ꝛ hieruſalē liberata. Et h̄ ē: Con/uertimini/ad dn̄m o trib⁹ iuda ꝛ beniamin penitētes pug/nante dn̄o ꝓ vobis. h Sic in ꝓfundū/pctoꝝ: i Re/ceſſeratꝭ filij iſrꝉ.q.d.qui ꝓfundo cōſilio ꝛ pctō receſſiſtis a dn̄o:ↄuertimini ad ipſū penitēdo. l In die eni illa/ꝓtectiōis ꝛ liberatiōis hieruſalē. m Abijciet vir/iude⁹: o Idola argēti ſui:et idola auri ſui: monēte ezechia cum liberaſſet eū dn̄s de manu ſennacherib.iiij.Reg.xix. q Que fecerūt vob man⁹ vrē i pctm̄/ ſub achaz pr̄e ezechie:ꝑt q̄ capta fuit poſtea ciuitas a babylonijs. r Et cadet aſſur.i.exercit⁹ aſſyrioꝝ. s In gladio nō viri: ſed dei:q̄ ꝑ angelū nocte vna centum octogitaq; milia ex eis ꝑcuſſit. t Et gladi⁹ nō hois/ſed dei: v Vorabit eū/aſſyriū. x Et fugiet/ſennacherib cū paucꝭ. y A fa/cie gladij.i.angeli extermināt. z Et iuuenes ei⁹.i.mili/tes vꝉ filij ſennacherib. a Vectigales erūt/nabuchodono/ſoꝛ:ꝛ poſtea medis ꝛ pſis. Aſſyrij q̄dē p̄mo habuerunt dn̄iū ſup chaldeos:ſ; poſtea aſſyrij facti ſꝫ tributarij nabuchodo/noſoꝛ:et poſtmodū medis ꝛ pſis. b Et fortitudo ei⁹.i. exercit⁹ ei⁹. c A terroꝛe/angeli extermināt. d Trāſi/bit.i.deficiet. e Et pauebūt fugiētes pꝛicipes ei⁹/ cū eo decē tm̄/vt dicūt. Et poſſet aliq̄s dicere eſaie: Quō ſcis hec: Et rn̄det. Bn̄ ſcio hec:qꝛ/ f Dixit dn̄s/ſupꝛadicta: q̄ mētiri nō pōt. g Cui⁹ ignis i ſion et camin⁹ i hie/ruſalē: vt ↄſumat aduerſarios ſuos/ ſicꝫ flāma ↄſumit ſtipu/lā/vel ligna. Altare holocauſtoꝝ cui⁹ ignis erat ꝑpetu⁹ vo/cat caminū. Altare thymiamatꝭ ad qđ deferebatꝛ ignis de al/tari holocauſtoꝝ/vocat ignē. Vel i h̄ tāgit modū deſtructio/nis aſſyrioꝝ.q.d.dn̄s igne cōſumet eos.

Myſtice ✠ demoꝝ:qꝛ ab ipſo noīe paſtoris ↄcludit eiſ. Ezech.xxxiiij.a. Ve paſtorib⁹ q̄ paſcebāt ſemetipſos:nōne greges a paſtori/bus paſcuntꝛ: Itē verba eoꝝ nō timet:qꝛ nō ſunt ignita igne charitatꝭ aut celi. Job.xlj.d. Nō fugabit eū vir ſagittari⁹:in ſtipulā verſi ſꝫ ei lapides fūde:q̄ſi ſtipulā eſtimabit malleū: ꝛ deridebit vibrātē haſtā. a Sic aueſ volātes:ſic ꝓte/get dn̄s hieruſalē.i.ſicꝫ auis volitans ſup nidum ꝓuocat pullos ſuos:ſic dn̄s ſup eccleſiā volitās ꝓtegit vel ꝓuocat fi/lios ſuos. Deut.xxxij.b. Sicꝫ aq̄la ꝓuocās ad volādū pulloſ ſuos ꝛ ſup eos volitās expādit alas ſuas ꝛ aſſūpſit eos atq; poꝛtauit in humerꝭ ſuis. Mat.xxiij.d. Hieruſalē hieruſalē q̄tiēs volui ↄgregare filios tuos: quemadmodū gallina ꝛc. c Proteges et liberans/trāſiēs et ſaluās. Quadru/plicē grām tāgit h̄ ꝓpha. Opantē/coopantē ↄſeruātē/et ↄſū/mantē. Per opantē liberat:ꝑ coopantē ꝓtegit: ꝑ ↄſeruātem trāſit:ꝑ ↄſūmātē ſaluat. g Conuertimini/ corde ꝛ opere pctōꝛes ꝑ pn̄iam. h Sic in ꝓfūdū/ pctoꝝ. i Receſ/ſeratꝭ/a dn̄o. k Filij iſrꝉ.i.q̄ aliq̄n fuiſtis filij iſrꝉ ꝑ fidē. q.d.ita ꝓfūda ſit ſciſſio gladij doloꝛis:ſicꝫ fuit gladij delecta/tiōis. Ro.vj.d. Sicꝫ exhibuiſtis mēbꝛa vr̄a ſeruire imūdicie ꝛ iniq̄tati:ita nūc exhibete mēbꝛa vr̄a ſuire iuſticie i ſctifica/tionē. l In die eni illa/vere pn̄ie. m Abijciet/a coꝛ/de ſuo. n Vir/a vir/tute. o Idola ar/genti ſui/ pctā locu/tionis. p Et ido/la auri ſui/ pctā co/gitatiōis. q Que fecerūt vob man⁹ vrē i pctm̄. Per h̄ intellige pctā opatio/nis:q̄ oīa ꝑ ↄfeſſionez abijciēda ſunt.ſ.ij.d. In die illa ꝓijciet hō idola argenti ſui: ꝛ ſi/mulacra auri ſui. r Et cadet aſſur: id

Al. tuō

v nō hois voꝛabit eū:et fugi/
x et a facie gladij: ꝛ iuuenes
y
z
a ei⁹ vectigales erūt:et foꝛtitu/
b
c
d do ei⁹ a terroꝛe trāſibit: et
e pauebūt fugiētes pꝛincipes
f
g eius. Dixit domin⁹/cui⁹ ig/
h nis eſt in ſion et caminuſ ei⁹ in hieruſalem.

i
k Ecce in iuſticia regnabit rex /Ca.XXXII

A

eſt diabolus. s In gladio nō viri/ſed dei.i.gladio cō/tritiōis:q̄ nō eſt ab hoīe ſ; a deo. Hiere.iiij.a. Si abſtuleris offendicula tua a facie mea nō cōmoueberꝭ.j.lviij.c. Si ab/ſtulerꝭ de medio tui catenā:ꝛ deſieris digitū extēdere: ꝛ loq̄ qđ nō ꝓdeſt:oꝛietꝛ in tenebꝛis lux tua. t Et gladi⁹ non hois.i.doloꝛ ↄtritiōis/q̄ nō eſt ab hoīe. v Voꝛabit eū/ ꝑ fruſta minutatim ↄfitēdo pctā/ꝛ circūſtātias pctoꝝ. Job xl.d. Nunq̄d illudes ei q̄ſi aui:aut ligabis illū ancillis tuis: ↄcidēt illū amici:diuidēt illū negociatoꝛes. x Et fugiet a facie gladij/ſ; ibi dei. z Et iuuenes ei⁹.i.filij diabo/li. a Vectigales.i.tributarij. a Erūt/ chꝛiſto poſt pe/nitētia. b Et foꝛtitudo ei⁹.i.exercit⁹ maloꝝ. c A ter/roꝛe/iudicij. d Trāſibit/h̄ ad deū ꝑ pn̄iaz: vel in futuro i infernū ꝑ ſniam. e Et pauebūt fugiētes p̄ncipes ei⁹/ ad dn̄m ꝑ pn̄iaz. f Dixit dn̄s/cui⁹ ignis ē in ſion.i.i militāti eccleſia. h Et camin⁹ i hieruſalē.i.in celeſti pa/tria. Charitas vie ē ignis:charitas patrie caminus ꝓpt ni/miū ardoꝛē dilectiōis i deū ꝛ ꝓximū. Mat.xj.b. Minim⁹ i regno celoꝝ/maioꝛ ē iohāne baptiſta.

Ecce i iuſticia regnabit rex. ❡ Expoſi. Ca.XXXII In p̄ma parte hui⁹ capꝉi agit ꝓpha de ioſia vel ezechia ꝓphetās de religiōe ipſi⁹ atq; clemētia. In ſecūda agit ď manaſſe filio ezechie/p̄nūciās fatuitatē ei⁹ atq; ꝑuerſitatē:ibi: Stult⁹ eni ꝛc. In tertia agit de deſtructio/ne hieruſalē: que facta ē vel a nabuzardan ſm̄ vnam expoſi/tionē:vel a romanis ſm̄ aliā:ibi: Mulieres opulēte. In q̄rta ꝛ vltima agit de reuerſiōe ꝓpꝉi de babylone:oſtēdēs ꝓ/ſperitatē ipſi⁹ futurā:ibi: Et habitabit i ſolitudie. Pre/nūciās ḡ eq̄tatē ioſie ſiue ezechie/dicit: i Ecce i iuſticia regnabit rex/ioſias ꝛ ezechias. In iuſticia dicit:qꝛ vterq; ꝟ idola deſtruxit

i Ecce in iuſticia ꝛc. Myſtice in hoc capitulo agitur de pꝛedicatione chꝛiſti: ꝛ fidelium ꝑſecutiōe:de ſimulatiōe anti/chꝛiſti: ꝛ i fine de deſtructiōe hieruſalē ꝑ romanos: Moꝛali/ter aūt de bono p̄lato ꝛ malo. Cōpetentꝛ aūt poſtq; actū eſt de onerib⁹:qꝛ putreſcit iugū a facie olei.ſ.x.f. conſequentꝛ de chꝛiſto agitꝛ:qui oleū effuſū ď. Vn̄ Cantꝭ.j.a. loquēs ſpōſa ad pꝛem de filio dicꝫ: Oleū effuſū nomē tuū.i.fili⁹. Dicit ḡ/ Ecce i iuſticia.i.ſine ꝑſonaꝝ acceptiōe: k Regnabit rex.i.chꝛiſt⁹ p̄dicabit. Vn̄ ď ipo etiā aduerſarij ↄfitētꝛ: Ma/giſter ſcim⁹ qꝛ verax es: ꝛ viā dei i veritate doces: ꝛ nō eſt ti/bi cura de aliq̄:non eni reſpicꝭ ꝑſonā hominū: Mat.xxij.b. Rex chꝛiſt⁹ ď:q̄ eſt rex regum ꝛ dn̄s dn̄antiū regum terre: Apocꝭ.xix.c. Quō aūt p̄dicauerit ſine ꝑſonarū acceptione: patet Mat.xxiij.vbi ſepe replicat: Ve vob ſcribe ꝛ phariſei hypocrite:q̄ tn̄ maioꝛeſ erāt intꝛ iudeos. Itē i In iuſticia ✠ regnabit rex.i.chꝛiſt⁹ Myſtice

i Ecce in iuſticia ꝛc. Moꝛaliter autem in iuſticia debet regnare pꝛelatus eccleſie: vt omnibus reddat qđ debet: deo gloꝛiā ꝛ honoꝛē:ſubditis indoctis inſtructionem: infirmis et Moꝛaliter

 * debilib⁹ ſupportationē

☞ idola deſtruxit ⁊ bonos collaterales ſibi ſubſtituit: ⁊ populũ dñi iuſte iudicauit. Vñ ſubdit: a ❡Et principes/collaterales vtriuſq;. b ❡In iudicio/ nõ iniquo. c ❡Preerũt/ ſubditis q̃ſi vicarij eius ad iudicandũ populũ. d ❡Et erit vir.i. populus ſubdit⁹ iſtis. e ❡Sicut qui abſcondit a vento.i. ſine turbatione vlla: ſicut ille q̃ in bona domo abſconſus eſt ꝓpter ventum ſecur⁹ eſt a turbatione venti. f ❡Et celat ſe a tẽpeſtate: id eſt abſcondit ſe a tempeſtiuo: hoc eſt a tempeſtuoſo aere.

a Et pͥncipes ĩ iudicio p̄erunt. b Et erit vir ſicut q̃ abſcõdit a c vento: et celat ſe a tẽpeſtate: d e f g ſicut riui aq̃rũ in ſiti: et vmbra petre ꝓminẽtl ĩ terra de h i ſerta. k Non caligabunt oculi videntium: et aures audi l m entiũ diligẽt auſcultabũt:

Et erit/reſume populus: g ❡Sicut riui aquarũ in ſiti.i. ſicut riui aquarũ grati ſũt in ſiti: ſic gratũ erit populo ſubijci p̄dictis. h ❡Et vmbra petre ꝓminẽtl ĩ terra deſerta.i. ſicut vmbra petre ꝓminentis que bene ꝓminẽs eſt ⁊ magnã reddit vmbrã/grata ẽ: maxime in terra deſerta vbi non ſunt domus: ſic erit ꝓtectio p̄dictorũ populo ſuo. Vel ſic: vt totum exponat de ioſia vel ezechia. d ❡Et erit vir.i. ioſias ⁊ ezechias: quorum vterq; fuit vir et re ⁊ noĩe. e ❡Sic qui abſcõdit a vẽto: ⁊ celat ſe a tempeſtate.i. ſicut ille qui abſcondit ſe ꝓpter ventũ/aut tempeſtatẽ ſtat in pace in ciuitate ſua aut in domo nec vagatur p campos: ita ſtabũt p̄dicti in ciuitatib⁹ ſuis: nec oportebit eos egredi ad campos ꝓpter pugnã. Nec obſtat ꝙ ſennacherib legit.ij. Paral.xxxij. tempib⁹ ezechie obſediſſe hieruſalem: q2 cito liberauit eũ dñs: nec oportuit ꝙ pugnaret. Itẽ ꝙ legitur.ij. Paral.xxxv.c. Ioſiã exiſſe cõtra pharaonem nechao regẽ egypti/non obſtat: q2 ille non veniebat ꝯtra eũ: nec oportuiſſet eũ exiſſe ꝯtra illum. g ❡Sic riui aq̃rũ in ſiti/erũt ſupradicti reges populo ſuo.i. grati/neceſſarij ⁊ accepti. h ❡Et/erũt ſic/vmbra petre ꝓminẽtl ĩ terra deſerta.i. faciẽt ſubditis vmbrã ꝯſolatiõis: ⁊ defẽdẽt eos ſicut vmbra talis petre defendit a calore. i ❡Non caligabũt oculi videntiũ: q2 ꝓphete q̃ dicunt videtes tũc aperte futura p̄dicent. l ❡Et aures audientiũ: id eſt populorũ. m ❡Diligent auſcultabũt. Hoc adimpletũ eſt: qñ lectũ fuit volumẽ leg: qd repertũ fuit in domo dñi corã rege ⁊ ſenioꝛib⁹ iſrael in tẽplo.iiij. Reg.xxij. Et.ij. Paral.xxxiij. Tunc eni diligent audierũt populi cõminatiões ibi ſcriptas/ ☞ rex et populus.

Myſtice ✤ regnabit rex.i. chriſt⁹ regnũ ſuũ dandũ nõ mollicie ſ3 iuſticia penitentie p̄dicabit. Vñ Mat.iiij.c. Cepit ieſus p̄dicare ⁊ dicere: Pniãz agite: appropinq̃bit eni regnũ celoꝝ. Et cũ ꝓ cognatl ei⁹ filijs zebedei mat eoꝝ peteret/vt ſederẽt vn⁹ a dextris et alius a ſiniſtris ei⁹ in regno ei⁹: rñdit eis: Poteſtis bibere calicẽ quem ego bibitur⁹ ſum:q.d. ſi regnũ meũ habere vultis neceſſe eſt ꝙ in iuſticia penitentie habeatis: Matth.xx.c. Itẽ in iuſticia regnabit rex.i. chriſt⁹ in iudicio regnũ in iuſticia diſtribuet vnicuiq; ſ3m opera ſua. a ❡Et princi-

Ps.46. pes.i. apoſtoli: De quibus Ps. Principes populoꝝ ꝯgregati ſunt cum deo abraam: id eſt chriſto. b ❡In iudicio p̄erunt.i. ad populos cum diſcretione mittent. Qd factũ eſt qñ paulus vt homo litteratus valde/ad gentiles in quibus abundabat philoſophica ſcientia miſſus eſt: Petr⁹ vero q̃ inter ceteros magis abũdabat miraculis ad iudeos: q2 ſigna q̃rebant ⁊ miracula: magis q̃ rationũ oſtenſiões. Vñ Matth.xij.c. Generatio praua ⁊ adultera ſignũ querit.j. Cor.j.d. Iudei ſigna querunt: ⁊ auguria ſequunt. Item principes in iudicio p̄erũt in die iudicij. Vñ Mat.xix.d. Cũ ſederit fili⁹ hoĩs in ſede maieſtatis ſue/ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duodecĩ iudicãtes duodecim trib⁹ iſrl. d ❡Et erit vir.i. chriſt⁹: q̃ dr̃ vir ſingulariter. Hiere.xxxj.d. Mulier circundabit virum. Eſa.iiij.a. In die illa apprehendẽt ſeptẽ mulieres virũ vnũ. e ❡Sicut qui abſconditur a vento/ fugiens ventũ inanis glorie/dicens Ioh.vij.b. Verba que ego loquor a meipſo nõ loquor. Et iterum in eodẽ. Doctrina mea non eſt mea. Et iterum. Sermonem quem audiſtis non eſt meus: Ioh.xiiij.c. ſepe ſe nominãs filium hominis/rariſſime filium dei.

f ❡Et celat ſe a tempeſtate: id eſt a mũdi ſollicitudine fugiens quãdo iudei voluerunt eum rapere in regẽ: Ioh.vj.b. Item celauit ſe a tempeſtate: quãdo iudei tulerũt lapides vt iacerent in eum: ieſus autem abſcondit ſe ⁊ exiuit de templo: Ioh.viij.g. Et erit ſupple vir ille/ g ❡Sicut riui aquarum in ſiti: quia doctrinam predicationis copioſe miniſtrauit auditorib⁹: ⁊ infirmitates curauit vt aq̃ ſitim. Vnde Matth.iiij.d. Circuĩbat ieſus totã galileam docens ĩ ſynagogis eoꝝ: ⁊ p̄dicans euãgeliũ regni: ⁊ ſanãs oẽm languorem: ⁊ omnem infirmitatẽ in populo. h ❡Et vmbra petre ꝓminentis in terra deſerta: id eſt chriſtus erit protectio eccleſie magne collecte de gentibus ⁊ iudeis: que ĩ terra deſerta: id eſt in terra gentiliũ olim deſerta plus viget. De hac petra dicitur cuilibet volenti ſaluare ſe.S.ij.c. Ingredere ĩ petrã: quia extra eccleſiã nõ eſt ſalus.

✱ debilib⁹ ſupportationẽ: rebellib⁹ ⁊ diſcholis ĩcrepationẽ: Moraliter triſtatis conſolationẽ: deficientib⁹ releuationẽ: egentib⁹ etiã temporalis victus miniſtrationem: inſuper ⁊ ſibiipſi de his quibus paſcit ceteros refectionem: vt qd alijs predicat/prius faciat: ſicut chriſtus. Act.j.a. Cepit ieſus facere ⁊ docere. Et paulus.j. Cor.ix.d. Caſtigo corpus meum: ⁊ in ſeruitutẽ redigo: ne cum alijs predicauerim/ipſe reprob⁹ efficiar. Nũc vero deſtructa eſt eccleſia: quia prelati non regnant in iuſticia ſed in potentia. Vnde Ezech.xxxiiij.a. Cum auſteritate impabatis eis ⁊ cum potentia. Et ſtatim ſequitur: Et diſperſe ſunt oues eo ꝙ non eſſet paſtor: ⁊ facte ſunt ĩ deuorationem omniũ beſtiarum agri. Dolendum valde eſt ꝙ non ſunt tales prelati vt deberent: tunc enim boni eſſent ſeculares. Vnde hic additur: a ❡Et principes in iudicio preerunt: id eſt pͥncipes ſeculares iuſta iudicia iudicabũt. d ❡Et erit vir ſicut qui abſcondit a vento/ſuperbie: f ❡Et/ſicut qui celat ſe a tempeſtate: id eſt ab auaricia: quia diuitie huius mũdi ĩ magna tempeſtate et ſollicitudine acquiruntur. g ❡Sicut riui aquarum in ſiti/per continentiam: que ardorẽ ꝯcupiſcẽtie carnalis reſtringit. h ❡Et vmbra petre prominentl in terra deſerta/per bonũ exemplum alijs: id eſt laicis. Talis ꝓprie debet eſſe religioſus/abſconſus a vento elationis ⁊ tempeſtate cupiditatis et ardore vel ſiti voluptatis: hec quo ad ſe: ⁊ vmbra per bonũ exemplũ alijs. De pͥmo: id eſt vento elatiõis dr̃ Oſee.xij.a. Ephraim paſcit ventum: id eſt diuitie nutriunt ſuperbiam ſiue faſtum. De ſecũdo dicit Prouerb.xv.c. Conturbat domũ ſuam qui ſectatur auariciã. De tertio dicitur Prouerb.xxx.c. Ignis vero nunq̃ dicit ſufficit: quia voluptas carnalis inſatiabilis eſt. Vmbra eſt religioſus: quia formam gerit celeſtium: ⁊ ſecularibus preſtat refrigerium. Petra autem dicitur religio: quia inacceſſa debet eſſe demonib⁹: et etiam viris ac mulieribus/niſi per hoſpitalitatem: conſtans ⁊ firma per perſeuerantiam: macra paſtu per ſobrietatem: alonge debet videri per bonam famam: ventos non ſentire per humilitatem: letus pati per patientiam. Sequitur: i ❡Non cali- Myſtice gabunt oculi videntiũ: quia apoſtoli aperte predicabũt non per enigmata. Sed nunquid petrus et alij omnes preter q̃ beata virgo caligauerunt per infidelitatem? Dicendũ eſt: ꝙ mulier in breui reuerſa non videtur diuertiſſe: ideo nec ipſi caligaſſe dicuntur. l ❡Et aures audientium diligenter auſcultabunt/ predicante domino. Vnde Marci.xj.c. Vniuerſa turba admirabat ſup doctrina eius.

✤ Et cor ſtultoꝝ: id eſt

Moraliter i ❡Non caligabũt oculi videntiũ ⁊c. moraliter ſic: k ❡Oculi videntium: id eſt clericorum qui deum vident quotidie in ſcripturis/non caligabunt. l ❡Et/religioſi qui toti debent eſſe/aures: id eſt toti debent eſſe obedientes: et totũ facere ex obedientia: m ❡Diligenter auſcultabũt/in regula et preceptis ſuis vt faciant q̃ ibi ſcripta ſũt.

✱ Et cor ſtultoꝝ laicorũ

rex et populus. a ¶Et cor ſtultorū: id eſt eorum qui prius erāt ſtulti. b ¶Intelliget ſciētiā/ mūdatum ab idolatria ⁊ peccatis. c ¶Et lingua balborū velocit̄ loquetur ⁊ plane. i. illi qui tempe achaz quaſi balbutiēdo pre timore eius loquebant̄: et illi qui volenteſ adulari ei loquebantur iniuſte pro eo contra populū. Ad litterā eni tales ſolēt q̄ſi balbutire venātes ex doloſitate q̄d dicant: Illi inquā loquēt plane decetero non timētes ⁊ non opprimenteſ populū pro adulatione vt p̄us: quia iſti nō ꝑmitterent. Ad litterā autem ⁊ intellectū ⁊ loquelā aufert ſepe dn̄s ꝓpter peccata. d ¶Non vocabit̄ vltra is q̄ inſipiens eſt princeps. q. d. iſti non cōſtituent inſipientes p̄ncipes populi pro pecunia ſicut alij. f ¶Neq̄ fraudulētus appellabit̄ maior. i. non preponent populo doloſos et iniquos ad opprimendū populū ⁊ predandū/ ſicut alij pro implendis burſis ſuis.

B Poſt. legimꝰ

Secūda ps

h ¶Stultus eni fatua loquet̄: q̄d non decet principem. q. d. ita bonus erit ioſias ⁊ ezechias: ſed non erit talis filius ezechie. Stultus enim: manaſſes. i ¶Fatua loquet̄: q̄d non decet principē in conſpectu populi falſa vouēs ⁊ faciens iuramenta: hoc eni ſolebant facere vt religioſi haberent̄. k ¶Et cor eius faciet iniquitatē. i. ipſe ex corde faciet iniq̄tatē: m ¶Ut perficiat ſimulationē. i. predicta vota faciet vt ſimulet ſe eſſe bonū et colere deum/ cum tn̄ coleret idola. Uel ſic: k ¶Cor eiꝰ faciet iniq̄tatē: Et q̄ſi q̄s dicat: q̄ꝫ magnā? Reſpondet: Tantā/ m ¶Ut perficiat ſimulationē. i. vt fingat ſe colere deū. Et accipitur ibi/ vt/ pro/ q̄. i. q̄ perficiat ſimulationem. n ¶Et loquat̄ ad dn̄m fraudulent̄: et tantam ſupple/ q̄ loquat̄ ad dn̄m fraudulent̄ vouēdo quod non ꝓponit reddere. o ¶Et vacuam faciet animā eſurientis: q̄ pauperibus auferebat bona ſua. p ¶Et potū ſitienti auferet: q̄ſi ita malus erit/ q̄ eſurieti et ſitieti auferet panē ⁊ vinū vn̄ ſuſtētari debebat. Et quō faciet h̄: Per miniſtros ſuoſ. Un̄ dic: q ¶Fraudulēti. i. manaſſe: q̄ h̄ d̄r fraudulētꝰ: r ¶Uaſa peſſima ſūt. i. miniſtri ⁊ p̄ncipes: q̄ auferūt res pauperū: et afferūt ei ſicut

Myſtice ⁂ a ¶Et cor ſtultorū. i. miniſtrorū p̄ncipū ⁊ phariſeorū: q̄ miſſi erāt vt cōprehēderēt ieſū. b ¶Intelliget ſciaꝫ. Hoc factū ē q̄n dixerūt: Nūq̄ ſic locutꝰ ē hō ſic̄ hic loq̄t̄: Joh. vij. g. Uel ſic: a Cor ſtultorū. i. cor gētiliū ſapiētū ſapia mūdi: q̄ ſtulticia ē apud deū. j. Cor. iij. d. Intelliget ſciaꝫ verā. Un̄ dionyſiꝰ i paſſiōe dn̄i vidēs eclipſim factā ſciēs hoc nō poſſe eē ſm naturā cū eēt luna. xiiij. itellexit q̄ deꝰ nat̄e patiebat̄. c ¶Et lingua balborū velocit̄ loq̄t̄ ⁊ plane. Hoc factū eſt: q̄n iohānes i vtero necdū natꝰ aduētū dn̄i p̄dicauit: ⁊ q̄n pueri hebreorū q̄ balbi dicūt̄: q̄ neſciūt pueri bn̄ ⁊ pfecte loqui clamabāt: Oſanna filio dauid: bn̄dictꝰ qui venit in noīe dn̄i: Mat. xxi. a. et Marc. xj. b. et Luc. xix. f.

Moraliter * a ¶Et cor ſtultorū/ laicorū. ſ. q̄ ſimplices ſūt. b ¶Intelliget ſcientiā. i. bene viuent: ⁊ p̄dicationē eorum gratuito recipient.

Myſtice d ¶Et non vocabit̄ vltra is qui inſipiēs ē princeps. i. de populo inſipienti cui non ſapit chriſtꝰ/ nullus poſtmodū regnabit. i. de iudeis vſq̄ ad aduētum chriſti non eſt ablatum ſceptrū de genere iudeorū: ſed tunc ablatum eſt. Unde Gen̄. xlix. b. Non auferet̄ ſceptrū de iuda ⁊ dux d̄ femore eius/ donec veniat q̄ mittendus eſt: et ipſe erit expectatio gentium. f ¶Neq̄ fraudulentꝰ. i. populus iudaicꝰ q̄ queri faciebat a chriſto: vtrū liceret cenſū dari ceſari an nō: vt caperēt eū in ſmone: Mat. xxij. b. Marci. xij. b. et Luc. xx. d. g ¶Appellabit̄ maior/ ꝓpl'o gentili. Uſq̄ ad aduētū eni chriſti p̄mogeniturā tenuit ppl's iudaicꝰ/ cū tn̄ eēt d̄ iuniori filio iſaac. ſ. de iacob: ſed ꝓpter peccata eorū ablatū eſt eis ius p̄mogeniture: ⁊ redditū eſt eſau qui natiuitate p̄or erat. i. populo gentili de ipſo nato: ⁊ per ipſum ſignificato. Un̄ ad eſau cum euigilaret dictū eſt/ Gen̄. xxvij. f. Tempus veniet cum excuties iugū eiꝰ de ceruicibꝰ tuis.

(Moraliter) * ꝛ deteſtabilis. Tertia induēda: q̄ bona ꝛ cōmēdabilis. a ¶De mane uſq; ad veſperā finies me. Hoc ad litterā ſemꝑ deberet hō timere ꝛ expectare. ſ. mori de hora in horā. Uñ Phus: Sic diſce q̄ſi ſemꝑ victurus: ſic viue q̄ſi ſemꝑ moritur⁹. Unde Job. vij. a. Si dormiero dicā qñ cōſurgā. Ecci. xviij. d. A mane uſq; ad veſperā imutabit tempus. Et hęc oīa citata in oculis dei. d ¶Quaſi leo ſic contriuit oīa oſſa mea. Hoc facit maxie peccatū inuidię. Uñ Prouerb. xiiij. d. Putredo oſſiū inuidia. Uel in bono: Dñs cōminuit oſſa virtutū: q̄ facit hominē ſe reputare nihil. Uñ Job xxxiij. c. Increpat q̄z ꝑ dolorē in lectulo: ꝛ oīa oſſa eius marceſcere facit. Threñ. i. c. De excelſo miſit ignē in oſſib⁹ meis ꝛ erudiuit me. f ¶De mane uſq; ad veſperam finies me. Hęc replicatio ſignū ē iugis timoris/ quē debet hr̄e pęnitens. Uñ Ecci. xxvij. a. Niſi inſtāter te tenueris in timore dñi: cito ſubuertet dom⁹ tua. g ¶Sicut pullus hirūdinis ſic clamabo. i. ſic imitatores iuſtoꝝ clamabo ꝓ deſiderio cęleſtis patrię ꝓ irriguo ſuꝑiori. (Hirundo ſignificat iuſtū) Hirūdo eñ ſignificat iuſtū: q̄ ſicut hirūdo abſcōdit ſe in hyeme ꝛ apparet i ęſtate: ſic iuſtus in hyeme ꝑſentis vitę latet: ſed in ęſtate futuri tp̄is apparebit. Uñ Hiere. viij. c. Turtur ꝛ hirūdo ꝛ ciconia cuſtodierūt tp̄us aduēt⁹ ſui. Itē de ſtercorib⁹ hirūdinis excęcat⁹ ē tobias. Tob. ij. b. ſic de tp̄alib⁹ q̄ iuſti ſtercora reputāt excęcant auari. Uñ Deut. xvj. d. Nō accipies munera q̄ excęcāt etiā oculos prudentiū. De his ſtercorib⁹ dr̄ Ecci. xxij. a. De ſtercore boū lapidabit piger. Et Threñ. iiij. a. Qui nutrie/ bant⁹ i croceis amplexati ſūt ſtercora. In malo aūt accipiēdo hirūdo ſignificat adulatorē: ꝓpt̄ nouē. (Hirūdo ſignificat adulatorē) Primo: q̄ niger eſt in immūdicia cōſcię ꝓprię vt hirūdo. Secūdo: q̄ domū fingit hirūdo de luto: ꝛ adulator magnā loq̄lā facit de nihilo. Tertio: q̄ hirūdo nō deſtruit domū ꝓpriā: nec adulator vituperat dñm ſuū unq̄. Quarto: q̄ hirūdo nulli aui ꝑda ē: ꝛ adulator omnib⁹ amic⁹ eſt. Quīto: quia velocit̄ volat: et adulator velociſſime fert rumores vñ placeat. Sexto: q̄ in aere viuit: ꝛ adulator vento vanitatis fauoriſq; hūani ſe paſcit. Septimo: q̄ vadit ꝛ recedit i hyeme ꝛ redit i ęſtate: ſic adulator tp̄e aduerſitatis recedit/ ſed tp̄e proſperitatis redit. Octauo: q̄ hirūdo ſcabiē dat: ꝛ adulator auditorib⁹ ſcabiē excellētię miniſtrat. Nono: q̄ hirūdo ſtercorib⁹ excęcat: et adulator auditoribus ſuis oculos ꝓprię cognitiōis cęcat. Uñ verſus. Nigra/ domū fingit ſub tecto/ nec ruit illud: Nulli ꝑda/ volat velox/ ꝛ in aere paſcit. It redit ęſtate/ ſcabiē dat/ ſtercore cęcat. h ¶Meditabor vt colūba/ ꝓ incolatu miſerię: hoc eſt ꝓ irriguo inferiori. Colūba eñ gemit: ſed hirūdo cātat. Uñ. j. lix. b. Rugiem⁹ q̄ſi vrſi oēs: ꝛ q̄ſi colūbę meditātes gemem⁹. Hiere. xlviij. d. Eſtote q̄ſi colūba nidificās in ſūmo ore foraminis. Nauū. ij. b. Ancillę ei⁹ minabunt gemētes vt colūbę. i ¶Attenuati ſūt oculi mei ſuſpiciētes in excelſū. Hoc poſſūt dicere illi q̄ de actiua trāſierūt. Hō eñ tūc habet craſſū viſū: q̄ verſat ei⁹ intētio circa terrena: ſed tūc ſubtiliat/ q̄ trāſit ad cęleſtia. Uñ lia habebat lippos oculos: ſed rachel erat venuſta facie. Propter hoc dicebat Job xvij. a. Spūs me⁹ attenuabit. Attenuant etiā oculi homis. i. deficiūt ex ꝯtemplatiōe diuinitatis. Uñ Pſ. Accedet hō ad cor altū: ꝛ exaltabit de⁹. (Pſ. 63.) Et Eccs. vij. c. Dixi ſapiēs efficiar: ꝛ ipſa longi⁹ receſſit a me. k ¶Dñe vim patior reſpōde ꝓ me. Neceſſe eſt ꝙ dñs reſpōdeat q̄ſi fideiuſſor ꝓ homie: Alio eñ mō nō pōt abſolui. Sz miſi ꝑmittūt fideiuſſorē ſuū damnū icurrere: Prau⁹ debitor ſemꝑ fugit fideiuſſorē ſuū: ſic facim⁹ nos chriſtū. Propt̄ qđ dr̄ Ecci. xxix. c. Gratiā fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris: dedit eñ ꝓ te aīam ſuā. Mirū tñ ē/ ꝙ dñs vult totiēs fideiubere ꝓ nob: q̄ totiēs mētiti ſum⁹ ei. m ¶Quid dicā aut q̄d rñdebit mihi cū ipſe fecerim? Hō nō habet ꝑſonā ſtandi in iudicio: nec cōquerēdi de dño: q̄ ad plus tenet dño q̄ poſſit ſoluere: q̄ etiā q̄cq̄d mali ſuſtinet ꝓpt̄ culpā ſuā ē. De ꝑmo dr̄ Job. ix. a. Si cōtendere cū eo voluerit/ nō poterit reſpōdere vnū ꝓ mille. De ſecūdo dicit Hiero⁹. Quicq̄d mali ſuꝑ nos ē/ peccata nr̄a meruerūt. p ¶Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīę meę. Recogitabo ad cōfitendū/ nō ad iactādū tibi: i hoc notat hūilitas cōfeſſiōis. Oēs: in hoc notat integritas ei⁹. Annos: i hoc notant circūſtātię peccatoꝝ. In amaritudine aīę meę/ ecce contritio cordis nō i delectatiōe. Sic dr̄ Job. vij. c. Loquar i tribulatiōe ſpūs mei: cōfabulabor in amaritudine aīę meę. q ¶Dñe ſi ſic viuit. Nota ꝙ hic debet accipi/ ſi/ pro q̄. In tribulatiōibus eñ eſt vita homis ſpūaliter. Unde Job. vij. a. Militia eſt vita homis ſuper terrā. r ¶Et in talib⁹ vita ſpiritus mei. Tribulationibus eñ viuit ſpūs ꝛ nutrit. Unde. ij. Corinth. iiij. d. Licz is qui deforis eſt hō noſter corrumpat: tamē is qui int⁹ eſt renouat de die in diē. Ecci. xxxj. a. Infirmitas grauis ſobriā reddit animā. Prouerb. vj. c. Uia vitę increpatio diſciplinę. Per hoc autē ꝙ dr̄: ſic viuit/ notat tribulationis ineuitabilitatē. Per hoc ꝙ dr̄: in talib⁹ vita ſpūs mei/ notat eiuſdē vtilitatē. s ¶Corripies me ꝛ viuificab me. Hoc debet dicere verus chriſtian⁹ dño: vt hic eū puniat: ꝛ i futuro parcat. Uñ Pſ. Dñe ne i furore tuo arguas me: neq; i ira tua corripias me. (Pſ. 6.) Ubi dicit Aug⁹. Dñe hic ſeca/ hic vre

Al. †fecerit

B

n

* dūmodo in futuro

℟ gando. a Ecce in pace / regni mei: b Amaritudo
mea amariſſima. i. egritudo grauiſſima. Ad litterã enim
nunq̃ tantã pacẽ habuit ſicut occiſo ſennacherib / q̃n inuaſit
eũ hec infirmitas. c Tu autẽ eruiſti animã meã vt
nõ periret / reſtituendo mihi ſanitatẽ: ⁊ dãdo longiorẽ vitã.

a me: ecce in pace amaritudo
b mea amariſſima. Tũ aũt erui
c ſti animã meã vt nõ periret:
d proiecisti poſt tergũ tuũ oĩa
e peccata mea. Quia nõ infer
f nus ↄfitebit tibi / neq̃ mors
g laudabit te: nõ expectabunt
h q̃ deſcẽdũt in lacũ veritatẽ
i
k tuam. Uiuẽs viuens ipſe
l
m cõfitebit tibi / ſicut et ego ho
n die pater filijs nõtam faciet
o
p veritatẽ tuã. Dñe ſaluũ me
q fac ⁊ pſalmõs nr̃os cantabi
mus cũctis dieb⁹ vite noſtre
r
s i domo dñi. Et iuſſit eſaias
t vt tollerẽt maſſam de ficis ⁊
v cataplaſmarẽt ſup vuln⁹ ei⁹
x
y ⁊ ſanarẽt. Et dixit ezechias:
z Qđ ẽrit ſignũ: quia aſcendã
in domũ domini:

Septuaginta: Liberaſti aiam meã vt nõ periret: ita cito morte temporali / vel ſimpliciter morte eterna. d Proiecisti poſt tergũ tuũ oĩa peccata mea: q̃ſi tradidiſti obliuioni peccata mea vt non videres ea ad puniendum. e Quia non infern⁹ cõfitebit tibi: id eſt exiſtẽtes i inferno nõ cõfitebunt tibi cõfeſſione laudis: vel etiã cõfeſſione peccatoꝝ q̃ valeat. f Neq̃ mors laudabit te. i. nec mortui laudabunt te: mortui. ſ. in peccato: g Nõ expectabũt / ſpe firma: h Qui deſcendũt in lacũ / inferni: i Ueritatẽ tuã. i. ꝓmiſſionẽ in cui⁹ impletiõe apparebit ṽitas tua. Ul' Ueritatẽ tuã. i. filiũ tuũ: q̃ ẽ via / ṽitas ⁊ vita: Joh. xiiij. a. Sed ↄ. Zach. ix. c. Tu aũt i ſanguĩe teſtamẽti tui eduxiſti vinctos de lacu i q̃ nõ erat aqua. Ergo illi educti ſunt q̃ erãt in lacu: ẽ illi expectabãt educi cũ eſſent ſancti. Solutio. Utrũq̃ verũ eſt: ſed ibi appellat lac⁹ limb⁹: hic aũt dicit lacus locus tormentorum. k Uiuẽs viuẽs: Repetitio ẽ ad maioris gaudij expſſionẽ. i. ad maiorem confirmationem. m Ipſe confitebit tibi: nõ infern⁹ vel mors. n Pater filijs. i. ego filijs ex me ꝓcreãdis: o Notã faciet veritatẽ tuã. i. ꝓmiſſionẽ vel chriſtũ: vt ṗus. Uel / veritatẽ tuã. i. cultũ vere religionis. Septuaginta hoc exprimũt plani⁹ dicẽtes: Ab hodie filios faciã q̃ annũcient iuſticiã tuã. Ergo ex quo ita ꝓmitto emẽdationem: p Dñe ſaluũ me fac / ab aſſyrio ⁊ infirmitate mea. q Et pſalmos nr̃os cantabimus cũctis dieb⁹ vite noſtre / ego. ſ. et ꝓlus me⁹ et poſteri qui de me naſcituri ſt. r In domo dñi. i. i tẽplo. s Et iuſſit eſaias famulis regi: t Ut tollerẽt maſſã de fic' / q̃ dulces ſũt: vt miraculoſior appareret curatio eius. Scđm Symmachũ eñ ezechias laborabat morbo regio: cui nocẽt omnia dulcia: vl' tacta etiã vl' guſtata. v Et cataplaſmarẽt ſup vuln⁹ ei⁹. i. facerẽt emplaſtrũ. Cataplaſma eñ emplaſtrum dicit. x Et ſanaret / ezechias. Quidã tamẽ dicũt q̃ fuit apoſtema: cuius ſanies in ſupficiẽ cutis ꝓuocat ſiccioribus ficis cõtuſis et appoſitis ſup vlcus: et ſic fuit naturalis curatio. Sed ſymmach⁹ / aq̃la ⁊ theodotio ↄtradicũt. y Et dixit ezechias. Hoc eñ fuit ṗus dictũ. z Qđ erit ſignũ: q2 aſcendã i domũ dñi. i. die tertia: ſic dr̃. iiij. Reg'. xx. b. Uix eñ poterat credere q̃ tã cito poſſet ↄualere de tãta ifirmitate.

Hoc qđ ſequit: Et iuſſit ⁊c. vſq̃ ad finẽ capli ṗus legẽdũ eſt q̃ oratio ſiue ſcptura ezechie q2 ṗus ſanat⁹ ẽ et ſignũ peritũ q̃ gratias ageret domino

Moraliter * dũmodo in futuro parcas. Hiere. x. d. Corripe me dñe: verũtamẽ in iudicio / nõ i furore tuo. Et Prouer. xxix. c. Uirga ⁊ correctio tribuũt ſapiẽtiã. a Ecce in pace amaritu

Myſtice do mea amariſſima / Myſtice: amaritudo eccle̜ amara fuit i martyricidis: amarior i hereticis: amariſſima i fratrib⁹

Moraliter falſis: q2 inimici hois domeſtici ei⁹: Mich. vij. b. Moralit autẽ in pace ꝓſperitatis ⁊ quietis eſt amaritudo amariſſima ḡuiſſime tẽptatiõis ⁊ patiõis. Grauiſſima eñ tẽptatio ſup oẽs tẽptatiões ẽ ñ tẽptari. De q̃ dr̃ Prouer. j. d. Auerſio paruuloꝝ inficiet eos: ⁊ ꝓſperitas ſtultoꝝ pdet eos. c Tu aũt eruiſti aiaȝ meã vt nõ piret. Hoc pñt dicere q̃s dñs q̃ſi cũ magna difficultate euulſit de pctõ. Illi eñ q̃ defacili exeũt / educũt: ſ q̃ nõ defacili / euellunt. Uñ Hiere. xxxj. c. Caſtigaſti me ⁊ erudit⁹ ſũ q̃ſi iuuẽcul⁹ indomit⁹. Ubi lr̃a alia h3: Ueniet q̃ auferet iniquitatẽ iacob. d Proiecisti poſt tergũ tuũ oĩa peccata mea. In cruce ꝓprie ꝓiecit dñs oĩa pctã nr̃a poſt tergũ ſuũ / tãq̃ troſſellũ latronũ. i. oĩm noſtrũ portãs: Et

ideo i cruce ſuſpẽſus eſt tanq̃ inuẽto troſſello latrõis ſup eũ. Uñ. j. liij. b. Iniquitates nr̃as ipſe portauit. Et ibidẽ. Ipſe aũt attrit⁹ ẽ ꝓpt ſcelera nr̃a. Et de hac materia p totũ capitulũ. Et Petr⁹: Qui ptulit peccata nr̃a in corpe ſuo ſup lignũ: j. Pet. ij. d. Peccata etiã nr̃a domin⁹ ſepe ꝓijcit poſt tergũ ne. ſ. illa videat ad puniendum. Unde Pſ. Auerte faciẽ tuã a peccatis meis. e Quia nõ infernus ↄfitebit tibi: neq̃ mors laudabit te. Ad litterã p⁹ mortẽ nõ ẽ cõfeſſio nec i inferno. Uñ Ecci. xvij. d. Añ mortẽ confitere: a mortuo q̃ſi nihil perit confeſſio. Et Haimo. Ibi põt haberi penitẽtia: ſ nõ agi. Dicit de inferno Ecc⁹. xlj. b. Nõ eſt in inferno accuſatio vite. Eccs. ix. c. Nec op⁹ nec ratio nec ſcia nec ſapia erũt apud iferos. g Nõ expectabũt q̃ deſcẽdũt i lacũ veritatẽ tuã. i. te q̃ es veritas. Septuaginta dicũt: miſcdiã tuã. Et verũ ẽ: Dãnati eñ nõ expectabũt miſcdiã liberantẽ: q2 deſpati erũt: ſed expectabũt miſcdiã relaxantẽ. k Uiuẽs / vita nature: l Uiuẽs / vita gr̃e: m Ipſe cõfitebit tibi ſicut ⁊ ego hodie / ipſe nõ alius / viuens nõ mortu⁹. Uiuẽs vita nature: qm̃ cõfitet dñm confeſſione laudis / ſed impfecte: ſed ꝓprie cõfitet cõfeſſione peccati. Uiuens vita gr̃e ꝓprie cõfeſſione laudis / q̃ ad h tendit vt deũ videat ⁊ laudet. Job. viij. d. Donec impleat os tuũ riſu: ⁊ labia tua iubilo. n Pat filijs notã faciet ṽitatẽ tuã. Ad litterã / docere de fide chriſti debet pat carnalis filios. Itẽ plat⁹ ſubditos. Timeãt illi q̃ filijs nec ṽitatẽ nec falſitatẽ annũciãt: canes muti nõ valẽtes latrare. j. lvj. d. Timeãt etiã illi q̃ falſitatẽ docẽt: qui miſcẽt aquã vino. s. j. f. Timeãt illi etiã / q̃ etſi veritatẽ filijs. i. auditorib⁹ annũciãt docẽdo eã: tñ nõ tã dilucidãt q̃ obſcurãt: q2 maledict⁹ q̃ abſcõdit frumẽta i ꝓlis: Prouer. xj. d. p Dñe ſaluũ me fac: p gr̃e iſuſionẽ: q Et pſalmos nr̃os cãtabim⁹ cũctis dieb⁹ vite nr̃e in domo dñi. i. bona opa faciem⁹ p liberi arbitrij coopationem. Et ẽ rectus ordo: Gratia enim principiũ ẽ bñ opandi. Uñ Joh. xv. a. Sine me nihil poteſtis facere. Propt hoc dicebat Pſ. Redde mihi leticiã ſalutaris tui: ⁊ ſpũ ṗncipali cõfirma me. Et poſt. Docebo iniq̃s vias tuas ⁊c. Et Cañ. j. a. Trahe me poſt te: currem⁹ i odore vnguẽtorum tuorũ. In domo dñi debẽt cantari pſalmi. i. fieri opa i cõſcia mũda. Ue illis q̃ ea faciũt in luto luxurie: in vento inanis glorie: in furno iracũdie ⁊ inuidie. Nota q̃ pſalm⁹ eſt bona opatio: cãticũ aũt exultatio mẽtis. Cãtare ẽ pſalmos ẽ bona cũ leticia opari. In eccleſia ṗus inchoant antiphone: poſtea cantant pſalmi: in fine tota repetit antiphona cum neumate. Inchoatio antiphone eſt ꝑlibatio regni celeſtis p rectã intentionẽ: Deinde ſequũt pſalmi ꝓpt bonã opationẽ: Et vltimo cantat neuma cũ antiphona ꝓpter celeſtis regni adeptionẽ. Neuma aũt ſignificat q̃ ad illud ad qđ ſuſpiram⁹ ꝑueniem⁹ in fine. Nota etiã q̃ ezechias h canticũ cõpoſuit poſtq̃ cõualuerat de infirmitate: ⁊ ſm numerũ q̃ndecim annorũ q̃ additi ſũt vite ſue / poſuit q̃ndecim ṽſus in cantico iſto: in quo notat gratiarũactio: que debet eſſe ſm quãtitatẽ bñficioꝝ dei. s Et iuſſit eſaias vt tollerẽt maſſam de ficis ⁊ cataplaſmarent ſup vuln⁹ ei⁹. Ezechias ſignificat hic peccatorẽ: vuln⁹ ei⁹ pctm̃: cataplaſmatio penitẽtiã de peccato. Idẽ etiã ſignificat p parabolã de ficulnea quã ꝑcipiebat dñs abſcidi: Luc. xiij. b. Qđ Greg⁹ ſic exponit. Circa ficulneã fodim⁹ / cũ mentẽ carnalẽ increpam⁹: dũ ad memoriã vitia reducim⁹ / arbori infructuoſe ſtercoꝝ cophinũ verſam⁹ / vt maloꝝ q̃ egit recolat: ⁊ ad cõpunctiõis gratiã q̃ſi de fetore pingueſcat. Et nota ordinẽ hui⁹ rei. Primo eñ egrotauit ezechias: poſtea veniẽs eſaias incuſſit ei timorẽ: et ſic ezechias fleuit: ⁊ additi

Pſ. 50.

Pſ. 50.

* ſũt ei q̃ndecim anni

*ſunt qndecim anni: cantauit canticū: ⁊ appoſita ē maſſa quedā de ficis. Ecce ſex que ſūt in penitētia pctōris. Egrotatio eīn ezechie ē peccatū penitētis. Eſaias veniēs eſt v̄bū dn̄i timorē incutiēs. Fletus ē cōtritio penitētis. Adiectio annoꝝ ē remiſſio pctōꝝ. Canticū aūt eiꝰ pctōꝝ ꝯfeſſionē ſignificat: Optime eīn canit q̄ peccatum ſuum confitet̄. ſ.

A xxiij. d. Bn̄ canet/ frequēta canticū. Appoſitio maſſe ficuū ē inſūctio penitētie ꝺ peccatis. Et nota ꝙ eſaias maſſā de ficis appoſuit: ꝑ quod ſignificat̄ penitētia mitis. Quidā aūt ſacerdotes neſciūt apponere mitem penitentiā: immo fere oēs chirurgici ſūt neſcientes niſi vrere vel ſecare.

Reg. 20. c.

Al. penitentia

dit eis cellā aromatū. i. inferiorē ptē domꝰ ſalꝰ: ī qua reponebant̄ ſpēs aromatice. Dicunt̄ aūt ſpēs aromatice/ eo ꝙ fracte in aere bn̄ redolent. Vel ſm Epiphaniū/ cella aromatū dr̄ ꝑclara domꝰ in q̄ ſepeliebant̄ corpa regū in pmo ordine: in ſecūdo pontifices: in tertio ꝓphe.

a IN tē [Ca. XXXIX]
b pore illo miſit mara/
c dach baladan filiꝰ bā/
d e ladan rex babylōis libros ⁊
f g munera ad ezechiā: Audie/
h i rat eīn ꝙ egrotaſſet et cōua/
k luiſſet. Letatus eſt aūt ſuper
l eis ezechias: ⁊ oſtēdit eis cel
m lā aromatū et argenti ⁊ auri
n ⁊ odoramētoꝝ ⁊ vnguēti op
o timi: ⁊ oēs apothecas ſu/
p pellectilis ſue/ et vniuerſa q̄
inuēta ſunt in theſauris eiꝰ.
q Non fuit verbū qđ nō oſten
r deret eis ezechias in domo
s ſua: ⁊ in omni poteſtate ſua.
t Introiuit autē eſaias ꝓphe/
v ta ad ezechiā regem: et dixit
x ei: Quid dixerunt viri iſti: et
vnde venerūt ad te: Et dixit
y z ezechias: De trā lōginq̄ ve/
a b nerūt ad me/ de babylōe. Et
c d dixit: Quid viderunt in do/
e mo tua: Et dixit ezechias:
Omnia que in domo mea
f ſunt viderunt. Non fuit res
quam non oſtenderim eis in
g theſauris meis. Et dixit eſa/
h ias ad ezechiam: Audi ver/
bum domini exercituum:

m Et argenti ⁊ auri ⁊ odoramētoꝝ: id ē theſauros vndiqꝫ vallatos multis aromatibus. n Et vnguenti optimi/ alicuiꝰ vnguēti qđ habebat in domo ſua. Vel ſm quoſdā vnguētū iſtud erat illō qđ ꝯfecerat moyſes in mōte ſina. o Et omnes apothecas ſupellectilis ſue. i. cellaria ſua vbi erant vaſa aurea. p Et vniuerſa q̄ iuēta ſūt ī theſaurī eiꝰ. i. ī theſaurī ezechie. q Nō fuit v̄bū qđ non oſtēderet eis ezechias. i. reſ digna v̄bo. Vn̄ hebraicū danar qđ h̄ ponit̄/ rē vt aliūt/ nō ſmonē ſignificare h̄z. r In domo ſua. i. in theſaurī ſuis: s Et ī oī poteſtate ſua. i. in theſauris domꝰ dn̄i: q̄ erāt in ſua poteſtate ꝑ vſurpationē nō iuſtā: Hoc eīn licebat ſolis ſacerdotibꝰ et leuitis. Vn̄ in h̄ ꝑcipue offēdit dn̄m: ⁊ h̄ reuelatū eſt eſaie in ſpū. Vn̄ ſequit̄: t Introiuit aūt eſaias ꝓpha ad ezechiā regē/ poſtq̄ .i. hoc factum fuerat. v Et dixit ei. i. ezechie: x Quid dixerūt viri iſti: ⁊ vn̄ venerūt ad te: Duo q̄rit: vt ipſe duo confiteat̄/ in quibꝰ peccauit. ſ. elationē mētis: ⁊ oſtēſionē theſauroꝝ. y Et dixit ezechias: vnū reſpōdens ⁊ aliud tacēs/ ne rephēderet̄. z De trā longinq̄ venerūt. Interlin. cū pōdere ſupbie. ſ. lege: q̄ſi de remota trā cū multo labore venerūt/ a Ad me: nō dic ꝓpter h̄ vt q̄rerēt de ſigno dn̄i: b De babylone. q. d. de illa nobiliſſima ⁊ poteſſima ciuitate: Ecce iterū ſupbia. c Et dixit. ſ. eſaias: d Quid viderūt ī domo tua: Hoc q̄rit eſaias vt ex reſpōſiōe ſua cōfūdat eū: Bn̄ eīn ſciebat qđ viderāt. e Et dixit ezechias: Omīa q̄ in domo mea ſūt viderūt. Tacet de theſaurī domꝰ dn̄i ne rephēdat̄. f Nō fuit res quā n̄ oſ̄derim eis in theſauris meis. i. nō fuit ibi res mirabilis quā nō oſtēderē. g Et dixit eſaias ad ezechiā/ audita reſpōſione: h Audi verbū domini exercituū/ o ezechia. Tertia pars

h̄ Ecce dies venient

C

Expo. Ca. XXXIX.

B IN tpe illo miſit maradach. Poſt q̄ ſanatꝰ ē ezechias: ⁊ ſignū ſolis diuulgatū eſt/ miſit rex babylōis nūcios ezechie ⁊ munera. Qui eleuatus ē in aduētu eoꝝ: et oſtēdit eis oīa q̄ habebat ī domo ſua: ⁊ etiā theſauros templi/ qđ nō licebat: ꝓpt̄ qđ redargutꝰ ē ab eſaia. Et diuidit̄ h̄ capitulū in tres ptes. In pma pte deſcribit ꝓpha quō rex babylonis berodach vl̄ maradach miſit nūcios ſuos ad ezechiā. In ſecūda pte agit̄ de elatiōe ezechie: ⁊ quō oſ̄dit eis theſauros domꝰ dn̄i: ibi: Letatꝰ eſt aūt. In tertia agit̄ de cōminatione eſaie facta ad ezechiā: ibi: Audi verbū dn̄i. Dicit ḡ: a In tpe illo. i. poſtq̄ cōualuerat ezechias: ⁊ ſol reuerſus fuerat/ b Miſit maradach baladan. Duo nomia ſunt: ſicut dicit̄/ petrꝰ martini. Similit̄ maradach baladan. Alia littera habet berodach. Iſte maradach pat̄ fuit nabuchodonoſor magni: q̄ poſtea captiuauit iudeos: Et ꝓbat ex loco Glo. ⁊ ſup. iiij. Reg. xx. Similiter ꝙ aliud erat regnū babylonioꝝ: aliō aſſyrioꝝ. Supra eīn dicū ē ꝙ mortuo ſennacherib/ regnauit aſaraddon filꝰ eiꝰ ꝑ eo. xxxvij. g. Tunc aūt egrotauit ezechias: ⁊ recepta ſanitate: ⁊ ſole reuerſo ad ortū: ita ꝙ fere dupplicata eſt dies/ miſit rex babylonioꝝ lrās ⁊ munera ad ezechiā/ petēs vt eſſet ei ſocius ⁊ amicꝰ. Et hoc fuit eodē annō mortis ſennacherib. Vn̄ patet ꝙ duo erāt regna. Nec eīn filꝰ ſennacherib ita cito fuiſſet ꝯfederatꝰ cū ezechia. Receſſerat aūt eo tpe rex medoꝝ ⁊ babylonioꝝ a monarchia aſſyrioꝝ quā tenebat aſaraddon: vn̄ petebat rex babylonioꝝ amicitias cū rege ezechia vt iuuaret eū. Precipua tn̄ cauſa huiꝰ legatiōis credit̄ fuiſſe hec: q2 chaldei vigebant in aſtronomia/ nec poterāt inuenire ſm artē ſuā q̄re dies fere duplicata fuiſſet: et tandē audierūt hoc factū eſſe ꝑ/ rege hieroſolymorū. Et pmo miſerūt nuncios vt ſciſcitarent̄ rei veritatē: qua cōpta miſerūt regi ezechie munera vt hominē honoraret quē deꝰ eoꝝ. i. ſol quē colebāt tantū honorauerat. Et hoc eſt qđ dicit: a In tpe illo/ poſtq̄ cōualuit ezechias: b Miſit maradach baladā. Maradach nomē regis eſt: baladan cognomē eiꝰ. Sic̄ Marci. x. g. Filꝰ thimei barthimeus ⁊c̄. c Filiꝰ baladan. i. qui erat filꝰ baladan: d Rex babylonis: qđ vſqꝫ tūc fuerat ſub regno aſſyrioꝝ. Vn̄ rex aſſyrioꝝ ſepe dicitꝰ eſt rex babylonis. e Libros. i. litteras: f Et munera. i. dona: g Ad ezechiā regē iuda. h Audierat eīn/ maradach: i Q egrotaſſet ⁊ cōualuiſſet/ ezechias: Et tn̄ cū hoc audierat ꝙ ꝓpter eū fuerat ſol reuerſus ad ortū: ꝓpter qđ ſpecialit̄ miſerat ꝑdicta. Hoc aūt forte audiuerat pmo ꝑ famā vulgi: ⁊ ſecūdo ꝑ nūcios
…nda pars pmo miſſos. k Letatꝰ ē aūt ſup eis ezechias. i. ꝑ muneribꝰ datis ⁊ delatis: ⁊ aduētu nūcioꝝ elatꝰ ē. l Et oſtē/

Moralit̄: a In tpe illo miſit maradach baladā filius baladan rex babylonis libros ⁊ munera ad ezechiā. Moraliter
Diabolꝰ ſemꝑ inſequit̄ penitētes: q2 pharao cōtēptus ſurgit in ſcandala. Vn̄ poſtq̄ cōualuerat ezechias miſit ad eū iſte maradach. Ita tēptat diabolꝰ hoīem poſtq̄ penitētiā aggreſſus ē: vn̄ bn̄ ſignificat̄ ꝑ maradach. Maradach eīn amara cōtinētia īterptat̄: Diabolꝰ eīn ⁊ abſtinēs ⁊ ꝯtinēs ē: ſ; amara ē eiꝰ cōtinētia: q2 ī oībꝰ opibꝰ ſuis torquet̄. Et nota ꝙ ꝑ duo tēptat diabolꝰ: Per libros. ſ. ⁊ munera. i. ꝑ ſciētiā ⁊ pecuniā. De pmo dr̄. j. Cor. viij. a. Scīa inflat. De ſecūdo. j. Timoth. vj. b. Qui volūt diuites fieri: incidūt ī laqueū ⁊ tēptationē diaboli. b Audierat eīn ꝙ egrotaſſet ⁊ cōualuiſſet. i. ꝙ de pctō penituiſſet: Tūc eīn grauꝰ temptat. Vn̄ Eccl. ij. a. Fili accedēs ad ſeruitutē dei: ſta ī iuſticia ⁊ timore: ⁊ ꝑpara animā tuā ad tēptatiōes. k Letatꝰ ē aūt ſup eis ezechias. Hoc ē q̄n penitēs de bonis opibꝰ gliat̄. Contra qđ dicit aplus. ij. Cor. x. d. Qui gliat̄ in dn̄o gliet̄. Et. ij. Cor. xij. c. Libēter gloriabor in infirmitatibꝰ meis: nō in bonis opibꝰ. Pſ. Letabor ⁊ exultabo ī te: nō in ſcīa nec in Pſ. 9.
diuitijs. l Et oſtēdit eis cellā aromatū ⁊ argenti ⁊

a Ecce dies veniēt: q̄ſi in ꝓrio erūt: q2 h̄ fuit factū ꝑ nabuchodonoſoꝛ filiū iſti᷒ maradach. b Et auferent oīa q̄ in domo tua ſūt/ ꝑ nabuchodonoſoꝛ ⁊ babylonios. Nūcij enim dixerūt regi babylonie ꝙ nō erat ita diues rex in mūdo ſicͭ rex iuda: nec ciuitas vt hierl̄m. Vn̄ ſtatim maradach inuidit ⁊ fili᷒ ei᷒ nabuchodonoſoꝛ poſt eum: et ideo poſtea ſuſtulerūt oīa que erāt in domo dn̄i. c Et q̄ theſaurizauerūt p̄res tui vſq3 ad diē hanc: auferent. ſ. in babylonē. d Nō relinquet quicq3 dicit dn̄s: cui᷒ ſentētia firma ē ⁊ īfallibil̄. e Et de filijs q̄ exibunt de te. i. de ſemine tuo f Quos genueris: tollet/ babylonij. g Et erūt eunuchi in palatio regis babylonis. Hoc dicit̄ impletū in daniele ⁊ ſocijs ei᷒: qui fuerūt de ſemie regio: qui eunuchi dicunt̄: nō q2 caſtrati fuerūt/ ad litterā: ſed q2 caſte vixerūt: ⁊ loco eunuchoꝝ erant in domo regis babylonie. h Et dixit ezechias ad eſaiā: Bonū verbū dn̄i qd̄ locut᷒ ē. i. iuſtū ē v̄bū dn̄i. i Et dixit: Fiat tm̄ pax/ ab aſſyrijs: k Et veritas/ religionis ⁊ cultus dn̄i/ in dieb᷒ meis. Andreas. Nō habuit de ſe cōpaſſionē peccatū celādo/ nec de ſuis: q2 tm̄ in dieb᷒ ſuis pacē q̄ſiuit.

B

a Ecce dies veniēt/ et auferēt
b oīa q̄ in domo tua ſunt: et q̄
c theſaurizauerūt p̄res tui vſq3
ad diē hanc i babylonē. Nō
d relinquet quicq3/ dicit dn̄s.
e Et de filijs tuis q̄ exibūt de
f g te q̄s genueris tollēt. Et erūt
eunuchi in palatio regis ba-
h bylonis. Et dixit ezechias
ad eſaiā: Bonū verbū dn̄i
i qd̄ locut᷒ eſt. Et dixit: Fiat
k tm̄ pax et veritas in diebus
meis. Capi. XL.
l Conſolami cōſolami
m n pple me᷒ dicit de᷒ vr̄.
o Loq̄mi ad coꝛ hierl̄m

Moraliter * auri et odoꝛamētoꝝ ⁊ vnguēti optimi: ⁊ oīs apothecas ſupellectilis ſue. Inanit̄ glīantes oſtendūt oīb᷒ cellā aromatū. i. collectiōes virtutū ſuauit̄ redolentiū: et argēti eloquētie: ⁊ auri ſapiētie. Et nota ꝙ ideo p̄ponit̄ argēti: q2 eloquētiā ſapiētie p̄ponūt ⁊ odoꝛamēta fame ⁊ vnguēta. i. opa miſcdie: ⁊ apothecas. i. diuitias ponderatas q̄ſi p̄rogatiuas. a Ecce dies veniēt ⁊ auferent oīa q̄ in domo tua ſūt: ⁊ q̄ theſaurizauerūt p̄res tui vſq3 ad diē hāc in babylonē. Ecce pena debita iactātie. Qui eni bona q̄ habet oſtēdit/ recte meret̄ amittere illa. Vn̄ Matth. xiij. f. Sile ē regnū celoꝝ theſauro abſcōdito: nō dicͭ expoſito. Et dicͭ ibi Greg᷒. Depdari deſiderat qui theſaurū in via publice poꝛtat. Vn̄ ſup. iiij. Reg. xx. vbi agit̄ de eadē hiſtoria/ dicit Glo. Hypocrite poſt magnas virtutes decreſcūt: q2 celari in eiſdē virtutib᷒ nolūt. Et. ī. Occultāda ſunt ergo bona q̄ agimus/ ne hec latrocinātiū ſpirituū incurſiōe pdam᷒. Et Prouerb. xxvij. a. Sicͭ auis trāſmigrās de nido ſuo/ q̄. ſ. pdit oua ſua: ſic vir q̄ relinq̄t locū ſuū. i. hūilitatē. Locus eni terre deoꝛſum eſt. Vnde ille publican᷒ omnia bona ſua perdidit: quia oſtentauit ea: Luc. xviij. c. Expo. Ca. LX.

C Onſolami cōſolami popule me᷒ dicit deus veſter. In p̄cedēti capitulo cōminatus fuerat ezechie eſaias ꝙ babylonij oīa q̄ erāt i tēplo ac i domo ſua aſpoꝛtarēt in babylonē: ⁊ de ſemie etiā ſuo captiuos ducerēt i babylonē. Et q2 ezechias tm̄ de pace ꝓpria cogitauit/ q̄ſi nō curās de pace ꝑp̄li/ dicens: Fiat tm̄ pax ⁊ veritas i dieb᷒ meis: Ideo ꝓpha dimiſſo ezechia/ ad ꝑp̄lm cōuertit̄ cōſolans eū/ ⁊ dicēs: Cōſolami ⁊c. Diuidit̄ autē hoc capitulū in ſeptē ptes. In p̄ma cōſolat̄ ꝓpha ꝑp̄lm/ ne ꝓ cōminatiōe p̄dicta deſpet. In ſecūda de reditu iudeoꝝ de captiuitate babylonica: ibi: Vox clamātis. In tertia agit de deſtructione babylonis: ibi: Vox dicētis: Clama. In q̄rta hoꝛtat̄ dn̄s ꝓphetā vt audacter et libere captiuitatē illā p̄dicet: ibi: Sup mōtē excelſū aſcēde. In quīta ꝓbat deſtructiōnē iſtā poſſe cōtingere/ oſtēdēs dei omipotentiā ꝑ quā fiet: ibi: Quis mēſus eſt. In ſexta deteſtat̄ idolatriā: ⁊ inuehit̄ cōtra idolatras/ ne. ſ. iudei poſt reuerſionē de captiuitate babylonica ad idolatriā redirēt: ibi: Cui ḡ ſilez feciſtis deū. In ſeptima pte dei omipotētiā ⁊ ſapientiā deſcribit: ibi: Nūquid nō ſcietis. Et dicit Andreas ꝙ ab hoc loco vſq3 in finē libri ꝓph̄ i in ꝯſolatiōe ꝑp̄li imoꝛat̄. Dicit ḡ: l Cōſolamini conſolami pple me᷒ dicit de᷒ vr̄. q. d. ex quo rex

veſter nō cōpatit̄ vobis/ nec cōſolat̄ vos: q2 ī tpe ſuo erit pax ⁊ ſuꝑ vos veniet cōminatio p̄dicta: ḡ cōſolami in deo vr̄o. Et dicͭ bis/ cōſolami: vt moneat eos actiue ꝯſolationē recipe ⁊ paſſiue. q. d. p̄mo recipite cōſolationē in vobis: ⁊ deinde etiā alios cōfoꝛtate. Vel/ cōſolami/ dicit bis/ cōtra duplicē penā quā habituri erāt: tribulationē. ſ. i coꝛpe ⁊ anguſtiā in mēte. Vel ꝓpt̄ duplicē miſeriā: culpe. ſ. ⁊ pene. o Loquimi ad coꝛ hieruſalē. Verbū dn̄i ē ad ſacerdotes ſc3 ⁊ ꝓphetas. q. d. dn̄s: O vos ꝓphe ⁊ ſacerdotes loquimi ad coꝛ hieruſalē. i. ad plebē q̄ habitat in medio A

Moralit̄: l Cōſolami ꝯſolami pple me᷒ dicit de᷒ veſter. Dn̄s ſemp offert cōſolationē nobis: q2 miſcdia eius ſemp pata ē penitēti. Vn̄ Ezech. xviij. c. In quacūq3 die ingemuerit pctoꝛ: oīm iniq̄tatū ei᷒ nō recoꝛdaboꝛ. Apoc. iij. d. Ego ſto ad oſtiū ⁊ pulſo. Cā. v. a. Aperi mihi. Sed diabolus ſemp monet deſolationē: vt ꝑ eā in deſperationē inducat. Dicit ḡ ꝓpha in pſona dn̄i nobis: Cōſiderate miſcdiā dn̄i/ ⁊ cōſolami ſuꝑ pctō omiſſiōis: ⁊ cōſolami ſuꝑ pctō cōmiſſiōis. Itē ꝯſolami ſuꝑ culpa: ꝯſolami ſuꝑ pena. Itē ꝯſolami i via: tandē cōſolami in patria. Itē vos p̄lati cōſolami voſipſos i mūdicia ꝯſciētie: ⁊ poſt cōſolami alios cōpatiēdo infirmitati coꝝ ⁊ miſerie. Nota ꝙ cōſolari eſt ſimul ſolari. Multi hodie cōſolant̄ carnē/ ſ pauci ſpm̄: ꝓpt̄ qd̄ tn̄ tantū rogabat ap̄lus Phil. ij. a. Si q̄ cōſolatio in chꝛiſto/ ſi qd̄ ſolatiū charitatis/ ſi q̄ viſcera miſeratiōis/ implete gaudiū meū. Eſt conſolatio/ ſpei/ vanitatis/ vltionis/ patiētie/ purgatoꝛij ⁊ flagelli/ gloꝛie/ ⁊ ſcripture. Spei: vt hic: ⁊ in Pſ. Memoꝛ eſto v̄bi tui ſeruo tuo in q̄ mihi ſpē dediſti: hec me cōſolata ē in hūilitate mea. Vanitatis. Luc. vj. d. Ve vobis diuitib᷒ q̄ habetis hic cōſolationē veſtrā. Pſ. Renuit cōſolari aīa mea. Vltiōis. ē. j. f. Heu cōſolaboꝛ ſuꝑ hoſtibus meis. Patiētie. ij. Coꝛ. j. a. Bn̄dict᷒ de᷒ ⁊ pat̄ dn̄i nr̄i ieſu chꝛiſti: pat̄ miſcdiaꝝ ⁊ de᷒ toti᷒ ꝯſolatiōis: q̄ cōſolat̄ nos in omi tribulatiōe nr̄a. Purgatorij ⁊ flagelli. Pſ. Virga tua ⁊ bacul᷒ tu᷒ ipſa me ꝯſolata ſūt. Gloꝛie. Matth. v. a. Beati qui lugent/ qm̄ ipſi cōſolabunt̄. Scripture. Ro. xv. a. Queq̄cūq3 ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſūt: vt ꝑ patiētiā ⁊ cōſolationē ſcp̄turaꝝ ſpē habeam᷒. m Pple me᷒/ vos maxie chꝛiſtiani: q̄ mei eſtis iure creatiōis: iure emptiōis: iure ſacerdotali ⁊ iure regio. Iure creationis. Vn̄ Pſ. Nos aūt ꝑp̄lus tu᷒ ⁊ oues paſcue tue. Alia l̄ra: Oues man᷒ tue. Iure emptiōis. j. Coꝛ. vj. d. Empti eſtis p̄cio magno. Et ibidē: Mēbꝛa vr̄a templū ſūt ſpūſſancti quē habetis a deo: ⁊ nō eſtis vr̄i. j. Pet. j. d. Nō coꝛruptibilibus auro ⁊ argēto redēpti eſtis de vana vr̄a cōuerſatiōe: ſ p̄cioſo ſanguie agni incōtaminati chꝛiſti ieſu. Iure ſacerdotali. Vn̄ Heb. vj. d. Precurſoꝛ ꝓ nob introiuit ieſus ſm̄ oꝛdinē melchiſedech pōtifex fact᷒ i eternū. Iure etiā regali. Vn̄ Hiere. x. a. Quis nō timebit te o rex gentiū. ī. xlj. f. Afferte ſi q̄d habetis dicit rex iacob. n Dicit de᷒ vr̄. Caro ſemp clamat homi delectationē: mūd᷒ ſollicitudinē: ſed diabol᷒ iniq̄tatē: dn̄s aūt cōſolationē: q2 ſp ꝓmittit miſcdiā. Vn̄ Hiere. iij. a. Vulgo dr̄: Si dimiſerit vir vxoꝛē ſuā: ⁊ recedēs ab eo duxerit viꝝ alteꝝ: nūquid ad eā reuertet̄ vltra: Nūquid nō polluta ⁊ cōtamiata erit mulier illa: Tu aūt foꝛnicata es cū amatoꝛib᷒ mltis: tn̄ reuertere ad me ⁊ ſuſcipiā te dicit dn̄s. ī. lj. a. Cōſolabit̄ dn̄s ſion: ⁊ ꝯſolabit̄ oēs ruinas ei᷒. o Loq̄mi ad coꝛ hierl̄m. Hoc eſt cōtra exaſpatoꝛes ſubditoꝝ ſuoꝝ. Bland᷒ eni conſolatoꝛ dꝫ loqui ad coꝛ. Vn̄ Oſee. ij. c. Adducā eā in ſolitudinē: ⁊ loq̄r ad coꝛ ei᷒. ij. Paral. xxxij. b. Locut᷒ ē ezechias ad coꝛ eoꝝ dicēs: Viril̄ agite ⁊ confoꝛtami. Ruth. ij. c. Cōſolat᷒ es me: ⁊ locut᷒ es ad coꝛ ancille tue. Hoc ē etiā ꝯ pictoꝛes ⁊ oꝛnatoꝛes ſmonū. Illi eni nō loquunt̄ ad * coꝛ: ſed ad aures.

Moraliter — Cōſolatio multiplex — Pſ. 118. — Pſ. 76. — Pſ. 22. — P. 94

g tar in medio ciuitatis eā lenit̄ conſolādo. a Et aduocate
eā.i.ꝑdicā plebē a triſticia / ⁊ ab idolatria reuocate. b Qm̄
cōpleta ē malicia ei⁹ / q̄ſi finita ē.i.cito finiet̄ afflictio ei⁹.
c Dimiſſa ē iniq̄tas illi⁹.i.peccatū q̄ſi dimiſſū ē: nec req̄/
ret ampli⁹ ad puniēdū: poſtq̄.ſ.pena cōminata ſupl⁹ termia/
ta fuerit. Et h intelli/
ge ſi cuſtodiāt ꝑcepta
dn̄i. Dimiſſa ē iniq̄
iniq̄tas: q̄z / d Su/
ſcepit / hierlm̄.i. ha/
bitatores ei⁹. e De
manu dn̄i dupli/
cia ꝓ omib⁹ pctis
ſuis.i.tribulationē corpis ⁊ anguſtiā aīe. Vel / duplicia.i.
ipugnationē ab aſſyrijs ⁊ chaldeis: vl̄ a chaldeis ⁊ romanis
captiuitatē. Septuaginta dicūt: Sacerdotes loq̄mini ad cor
hierlm̄ ⁊ cōſolami eā: q̄z repleta ē hūilitas ei⁹: ſolutū ē pctm̄
illi⁹. f Vox clamātis ī deſerto. Tpe quo captiuate fue
rāt due trib⁹ remāſerūt alienigene coloni in t̄ra: q̄ cū ſciuiſſēt
ꝙ iudei redibāt ⁊ rehabituri erāt poſſeſſiōes ſuas / valde do/
luerūt / clamātes ⁊ gemētes ꝓ dolore: ⁊ dicebant ad inuicem:
Recedam⁹ de t̄ra ⁊ faciam⁹ viā ꝑplo redeūti. Et h eſt qd̄ dic̄:
Vox clamātis ī deſerto.i.ꝑpl̄i coloni iudee deſerte ꝑus:
cito audiet̄ ꝓ timore ꝑpl̄i redeuntis. Vel ꝑdicti coloni clama/
būt in deſerto.i. in locis deſertis iā expulſi de t̄ra ꝓmiſſiōis.
Et q̄d clamabūt: g Parate viā dn̄i / rectas facite in
ſolitudine ſemitas dei noſtri.q.d. ad inuicem: nō poſ/
ſum⁹ reſiſtere ꝑplo reuertēti / faciamus ei viā.i. dimittam⁹ eis
terrā: ſic vulgarit̄ dicit̄ ille alteri facere viā q̄ dimittit ei locū.
Vl̄ poſſent hec v̄ba / pate viā dn̄i / eē v̄ba ꝓphe ad colonū
ꝑplm̄ ita dicētis: Ita audiet̄ vox illa ꝑpl̄i clamātis: ⁊ vos alie/
nigene: g Parate viā dn̄i.i. pate viā ꝑplo dn̄i eiſ cedēdo:
h Rectas facite ī ſolitudie ſemitas dei nr̄i.i. ī iudea
q̄ ꝑus deſerta fuerat. Ad litterā / cogitate ⁊ pate breuiorē viā
quā poteſtis ꝑplo valde feſtināter reuerſuro. Dicunt̄ autē ille
ſemite dei: q̄z a dn̄o fuit eorū reuerſio. Iudei autē iſtā litterā
alit̄ exponūt: et dicūt ꝙ poſtq̄ captiuati fuerāt a babylonijs
⁊ volūtas dn̄i fuit ꝙ redirēt ad terrā ſuā / vox quedā audiebat̄
q̄ de reditu ad terrā ſuā illos monebat: nec ſciebat̄ cuius vox
illa erat: et vt certiſſime ſciret̄ ꝙ vox illa dei erat / nō homis:
in ſaltibus ⁊ lucis q̄ loca inhabitare femine nō ſolēt / audiebat̄
vox illa gracilis ⁊ feminea: In vicis v̄o ⁊ vrbib⁹ vbi homies
min⁹ hitabant / audiebat̄ groſſior ⁊ virilis. Et clamabat vox
illa iudeis: g Parate viā dn̄i.i.o vos iudei pate vos ad
reuerſionē: h Rectas facite ī ſolitudine ſemitas dei
nr̄i.i. redite nō ꝑ viā regiā: ſ; ꝑ ſemitas breuiores ⁊ rectiores:
vt citi⁹ poſſitis redire ad terrā veſtrā. Vn̄ hebre⁹ hʒ: Vox q̄dā
de ſolitudinib⁹ ⁊ deſertis h clamabat: Parate viā dn̄i ⁊c̄.
Vel etiā pōt eſſe vox dn̄i loquētis ad angelos ⁊ dicētis eis:
g Parate viā dn̄i.i. ꝑplo reuertēti ad ꝓceptū dn̄i ⁊ ad t̄rā
⁊ ad tēplū dn̄i: ⁊ q̄ dn̄s vadit / rectas facite ī ſolitudine
ſemitas dei nr̄i. Et huic expoſitioni cōcordat l̄ra ſequēs.
g Oīs vallis

Moraliter * cor / ſed ad aures. Vn̄ Chryſoſto⁹. Qui cōponit ſermo/
nē / loquit̄ ad aures tm̄. Vn̄ talib⁹ pōt dici: Loquimī ad cor
hierlm̄ / nō vt aures mulceatis verbor̄ ornatu: ſed poti⁹ apta
ſentētia cor pūgatis. In ꝑmo em̄ homies admirant̄: in ſecū/
do aūt pctōres ad dn̄m cōuertunt̄. S̄. xxx.c. Cōtamiabis la/
minas ſculptiliū argēti tui. Et poſtea. Et dabit̄ pluuia ſemini
tuo vbicūq̄ ſemiaueris in t̄ra: ⁊ panis frugū terre erit vber/
rim⁹. Si em̄ ꝑdicator lamias argēti ſui.i. extēſiōes vani ⁊ pi
cti eloquij ſui cōtamiaret / pluuia daret̄ ſemi ei⁹ et fructifica/
ret. S̄. xix.a. Aſcēdet dn̄s ſup nubē leuē.i. ſup facilē ⁊ apertā
ſentētiā: ⁊ ingrediet̄ egyptū.i. cor pctōris: ⁊ cōmouebunt̄ ſi/
mulacra egypti.i. pctā cordis ei⁹ ꝑ cōtritionē ⁊ cōfeſſionē. a
Et aduocate eā: Ecce nō ſufficit loq̄ ad cor hieruſalē.i. ad
ꝑplm̄: vt ꝑdicet tm̄ verbis / niſi etiā aduocet exemplis. Vn̄ in
Pſ.49. Pſ. De⁹ deor̄ dn̄s locut⁹ ē / Ecce verbū: Et vocauit terrā /
Ecce exemplū. b Qm̄ cōpleta ē malicia ei⁹ / dimiſſa
eſt iniq̄tas illi⁹. Rectus ordo ē. Acta em̄ penitētia ꝑfecte
dimittit̄ peccatū. d Suſcepit de manu dn̄i duplicia

a/b ⁊ aduocate eā: quoniā com/
pleta eſt malicia eius / dimiſ/
c/d ſa ēſt iniq̄tas illius. Suſce/
e pit de manu dn̄i duplicia ꝑ
f omnib⁹ peccatis ſuis. Vox
g clamātis in deſerto: Para/
h te viā domini / rectas facite ī
ſolitudine ſemitas dei noſtri.

ꝓ oib⁹ peccatis ſuis.i. tribulationē ī corpe: ⁊ anguſtiā in
aīa. Hec ē ꝯſolatio ſanctor̄ / ſuſtinuiſſe ꝓ chriſto. Vn̄.j.lxj.c.
Pro ꝯfuſiōe v̄ra duplici ⁊ rubore laudabūt ꝑtē eorū: ꝓpter
hoc in t̄ra ſua duplicia poſſidebūt. Et Hiere.xvi.d. Reddā
ꝑmū duplices iniq̄tates eor̄: q̄ſi ꝑmū reddā iniq̄tates.i. penā ꝓ
iniq̄tate: ⁊ poſtea glo/
riā. Vn̄ Baruch.v.a.
Circūdabit te de⁹ di/
ploide iuſticie / Ecce Matth.3.a.
pena: Et imponet mi/ Marci.1.a.
tram capiti tuo hono/ Luc.3.c.
ris eterni / Ecce glīa. Ioh.1.c.
f Vox clamantis
in deſerto: parate viam dn̄i. Hoc pōt exponi de beato
Iohe baptiſta: q̄ de ſeipſo dicit: Ego vox clamātis ī deſerto
dirigite viā dn̄i: ſic dixit eſaias ꝓpha: Ioh.j.c. In h aūt ꝙ di
cit ſe vocē / poſſūt notari tria: Nature fragilitas: vite hūilitas:
officij dignitas. Vox cito trāſit / nec reuertit̄: ſic vita homis.
Vn̄ Iob.vij.b. Memēto mei de⁹: q̄z vent⁹ ē vita mea. Sap.
ij.b. Vmbre trāſit⁹ ē tp̄us noſtrū: ⁊ nō ē reuerſio finis nr̄i. S̄.
xxxij.c. Finita eſt vindemia: collectio vltra nō veniet. Vocē
q̄ ſe dicit beat⁹ iohes ꝓpter fragilitatē. Vox etiā erat ꝓpter
hūilitatē. Hec em̄ vox.i. hūilitas ſola eſt q̄ ē ſignū veritatis
rei. Hūilis aūt fuit iohes: q̄ cū talis eſſet vt poſſet credi deus
ſi vellet / noluit tm̄: ſed iudeis q̄rentib⁹ an ipſe eſſet chriſt⁹: re/
ſpondit: Nō ſū: ſed etiā ꝙ nec helias nec ꝓpheta: Ioh.j.c.
Nos aūt ꝓpter modicū / imo ꝓpter nihilū qd̄ pct⁹ ē: q̄z q̄ſiq̄
ꝓpt̄ falſū florē ſupbim⁹. Vn̄ poteſt dici de nob illud Ezech.
vij.c. Egreſſa ē cōtritio: floruit v̄ga: germiauit ſupbia: iniqui/
tas ſurrexit in virgā ipietatis. Fuit etiā iohes vox ꝓpter offi/
cij dignitatē. Ad h em̄ ꝑncipalit̄ ꝓfert̄ vox / vt nobis verita/
tē vel falſitatē oſtēdat: ⁊ ipſe chriſtū qui ē via / veritas ⁊ vita:
Ioh.xiiij.a. nō ſolū v̄bis longe: ſed digito ꝓpe oſidit: ⁊ falſi/
tatē diaboli detexit. Propt̄ h dictū eſt / Malach.iij.a. Ecce
ego mitto angelū meū q̄ ꝑparabit viā tuā ante te. Propt̄ h
dr̄ iohes / vox clamātis.i. chriſti: q̄ ꝑmo clamauit ex inata in/
firmitate vocē dolētis emittēs / ſic alij homies. Sap. vij.a.
Primā vocē ſimilē oīb⁹ emiſi plorans. Secūdo clamauit ex
volūtaria pietate. Luc.viij.a. Hec dicēs clamabat: q̄ hʒ au/
res audiēdi audiat. Et Ioh.vij.f. In nouiſſimo aūt magne
feſtiuitatis die ſtabat ieſus ⁊ clamabat: Si q̄s ſitit veniat ad
me ⁊ bibat aquā ſapiētie ſalutaris. Vn̄ Pſ. in ꝑſona ei⁹: La/ Pſ.68.
boraui clamās: q̄z ꝑdicatiōe ſua paucos cōuertit: ⁊ tn̄ multū
clamauit. Vn̄ ſeq̄t̄: Rauce facte ſūt fauces mee. Tertio clama
uit ex illata ſibi paſſiōe. Luc.xxiij.f. Clamans voce magna.
Clamat em̄ q̄tidie chriſt⁹ ꝑ creaturar̄ īſpectionē: ꝑ ꝑdicator̄
admonitionē: ꝑ occultā inſpirationē: ꝑ bn̄ficior̄ largitionē: ꝑ
mltiplicē afflictionē. In deſerto.i.ī corde. Dn̄s em̄ q̄ſi vena/
tor ſp̄ualis clamat ī corde ꝑ inſpirationē: ⁊ canes ei⁹ venatici
.i. ꝑdicatores ꝑ admonitionē. Et bn̄ dr̄ cor deſertū: ī q̄ q̄dē ſūt
leōes ſupbie / gryphes iracūdie / mures q̄ oīa corrodūt detra/
ctionis ſiue iuidie: boues ſiue muli pigricie: ⁊ porci luxurie:
vrſi guloſitatis: vulpes doloſitatis: milui rapacitatis: falcōes q̄
incarnant̄ ī ꝑda.ſ. tenacitatis. S̄.xiij.d. Requieſcēt ibi beſtie / re/
plebunt̄ domus eor̄ draconib⁹: ⁊ habitabūt ibi ſtruthiōes: ⁊
piloſi ſaltabūt ibi: ⁊ r̄ndebūt ibi vlule in edib⁹ ſuis: ⁊ ſirene in
delubris voluptatis. In h deſerto dn̄s tendit arcū: q̄n futuri
iudicij penā cōminat̄. Vn̄ Pſ. Dediſti metuētib⁹ te ſignifi/ Pſ.59.
cationē: vt fugiāt a facie arc⁹. Ab hoc arcu exit ſagitta timoris /
faciēs ī corde vuln⁹ ꝯtritiōis. Vn̄ Hieronym⁹. Virt⁹ penitē/
tie.i. contritio timore cōcipit̄. Pſ. A iudicijs em̄ tuis timui. Pſ.118.
g Parate viā dn̄i / o vos homies pate viā dn̄i / faciēdo eā
mūdā ꝑ tēperātiā: equā ꝑ iuſticiā: ſecurā ꝑ fortitudinē: rectā
ꝑ prudētie diſcretionē. Hāc viā etiā pauit beat⁹ iohes. Pre/
parauit em̄ viā dn̄i ī mūdū: Itē ī cordib⁹ iudeor̄: ī martyriū
⁊ ī limbū. In mūdū q̄dē: q̄z mūdū naſcēdo ꝑor dn̄o introiuit.
In cordib⁹ iudeor̄: q̄z ꝑmo ꝑdicauit ⁊ baptizauit. In marty
riū: q̄z ꝑor ꝑ martyriū vitā tēporalē finiuit. Itē ī limbū: q̄z ꝑ
us chriſto ad inferos deſcēdit. h Rectas facite ī ſolitu/
dine ſemitas dei nr̄i. Parare viaſ dn̄i / ꝑtinet ad ſeclares:
ſed rectas facere ſemitas / ꝑtinet ad clauſtrales. Recte aūt fiūt

 * ſemite dn̄i

¶ a ¶ Oīs vallis exaltabit. Hoc eñ ſi intelligat factū ad lrāz/ neceſſe fuit ꝙ angelico fieret auxilio ñ hūano. Oīſ vallis exaltabit/ vl' iplebit: ad lrāz: b ¶ Et oīſ mōs ꝛ collis hūiliabit: qſi ita erit bona via ꝙ tota erit ęqualis: ꝛ deſcendent montes maiores ꝛ colles minores ꝛ valles implebunt: ita ꝙ tota terra plana erit/ ꝛ optima ad gradiendū. c ¶ Et erūt praua in directa ꝛ aſpera i vias planas: qſi vię quę pus erāt praue ꝛ tortuoſę: tūc erūt recte: ꝛ q̄ pus erāt aſperę/ tūc erunt planę. Et qſi qs q̄reret: quō pōt hoc fieri ꝙ iudei recedāt/ oſtendit cū ſubdit: d ¶ Et reuelabit glīa domini. i. qꝛ glīa dñi ita manifeſtabit i iudęoꝝ reuerſiōe. Vel/ Reuelabit gloria dñi/ in babyloniorū deſtructiōe. In h̄ eñ ꝙ babylonij deſtructi ſunt/ apparuit dñs glorioſus q̄ hoc totū futuꝝ p̄dixerat. j. xlv. a. Vñ cū cyr' audiſſet ꝙ dñs h̄ de eo p̄dixerat/ dedit licentiā pp̄lo iudaico reuertēdi. Et ita patet ꝙ reuelatio glię dñi in babylonioꝝ deſtructiōe fuit cauſa reuerſiōis iſti'. e ¶ Et videbit oīs caro parit'. i. oīs hō videre poterit: f ¶ Quia os dñi locutū ē. i. ꝙ dñs hoc p̄dixit: vel pp̄ha a dño/ q̄ eſt os dñi. Vel ſm hebręos: videbit oīs caro pariter ꝙ os dñi locutū eſt. i. omis hō videbit ꝙ dñs loqt hoīb' in voce illa. Septuagita: Et videbit oīs caro ſalutare dei: qꝛ dñs locut' ē. g ¶ Vox dicētis: Clama. q. d. eſaias: Vox dñi audita eſt a me/ dicētis mihi/ clama. h ¶ Et dixi. i. reſpondi i ¶ Quid clamabo? Et reſpondit dñs: Clama ꝙ/ k ¶ Oīs caro fęnū. q. d. hō ꝛ qcqd ipſe loqt fragile ē ꝛ cito trāſitoriū: ſ verbū dñi firmū ē ꝛ ſtabile. Vel ſic: Clama: oīs caro fęnū. i. oēs hoīes ꝛ pncipes babylōis fragiles ſūt ꝛ impotētes: ꝛ iō cito trāſitorij. l ¶ Et oīs glīa eius quaſi flos agri. q. d. gloria babylonis cito deficiet ꝛ marceſcet ſicut flos agri. m ¶ Exiccatū eſt fęnū ꝛ cecidit flos: qꝛ ſpūs dñi ſufflauit in eo. i. ſicut fęnum cito deſiccat ꝛ cadit ad ventū vrentē: ſic glīa ꝛ potētia babylonię cito cadet: qꝛ ſpūs. i. indignatio dñi: hoc eſt vindicta ſufflauit in eo/ eos puniēdo ꝛ deſtruēdo. p ¶ Vere fęnū eſt populus. i. fragilis eſt pp̄lus babylonis: Et ē cōfirmatio p̄dictoꝝ: vel ſunt verba pp̄hę cōminātis p̄dicta verba dñi. q ¶ Exiccatū eſt fęnū. i. regnū babylonioꝝ deſtructū: p̄teritū p̄ futuro. r ¶ Et cecidit flos. i. glīa ꝛ nobilitas babylonioꝝ decidit. Et ē repetitio ad maiorē ꝯfirmationē. s ¶ Verbū aūt dñi ſtabit/ vel/ manet i ęternū/ firmū ꝛ imobile. q. d. hoc erit: qꝛ dñs p̄dixit hoc: cui' verba ſunt imutabilia. Et qꝛ vix audet aliqs aduerſa nūciare magnis: Ideo pp̄ha confortat hic ꝛ admonet nihil timere: ſed nūciare audacter/ cū ſubdit: t ¶ Sup montē excelſū aſcēde/ vt videaris ab oīb' et audiaris. Nota Interliñ. illā: Sup montē excelſū. Glo. i. chriſtū. Cōtra. j. Corī. vj. d. Portate deū i corpe vr̄o. Ergo ipſe eſt ſupra nos. Solutio. Nos debem' portare ipſū p imitationē: ſ ſup eū debem' eſſe ſic ſup fundamētū: vt fundati ſimus in ipſo p fidē/ ſpem/ ꝛ charitatē. Itē Glo. Sup montē excelſū/ chriſtum: vt nihil annūcies niſi qd̄ ab ipſo habes: q̄ ſm hoc nō licet aliqd annūciare niſi qd̄ eſt in textu ſacrę ſcripturę. Solutio. Nihil annūcies niſi qd̄ ab ipſo habes. i. non annūcies cōtrariū ei' qd̄ ab ipſo habes. v ¶ Tu q̄ euāgelizas ſion. i. q̄ bona nūcias ſion. i. iudęis. q. d. apte p̄dica iudęis deſtructionē babylonię. Hiero'. Porro hebraicū cęteri interp̄tes ponūt in genere fęminino: vt dicant/ q̄ euāgelizas ſion: x ¶ Exalta i fortitudine vocē tuā. i. clama fortiter vt mlti audiāt vocē tuā: y ¶ Qui euāgelizas hierlm. i. q̄ p̄dicta bona nūciare debes hierlm: hoc eſt iudęis. Andreas. Ad vocē clamantē dñs ſermonē conuertit. q. d. tu vox q̄ bonū nūcias ſion ꝛ hierlm: magno ꝛ alto clamore nūcia: vel tu

¶ q̄ pfers vocē

B

Eccī. 14. c.
Iac. 1. b.
1. Pet. 1. d.

Tertia pars

Quarta pars

a b Oīs vallis exaltabit: ꝛ oīs mons ꝛ collis humiliabit: et
c erūt praua in directa ꝛ aſpe-
d ra in vias planas. Et reuela-
e bit gloria dñi: et videbit oīs
f caro pariter ꝙ os dñi locutū
g h eſt. Vox dicētis: Clama: ꝛ
i dixi: Quid clamabo? Oīs
k l caro fęnū: ꝛ oīs gloria ei' qſi
m flos agri. Exiccatū eſt fęnū
n o ꝛ cecidit flos: quia ſpūs dñi
p ſufflauit in eo. Vere fęnū eſt
q popul': Exiccatū eſt fęnū et
r s cecidit flos: verbū autē dñi
t manet i ęt'nū. Sup montē
v excelſū aſcēde tū q̄ euāgeli-
x zas ſion: exalta i fortitudine
y vocē tuā q̄ euāgelizas hieru

* ſemitę dñi/ pp̄ter p paupertatē. Rectū eñ eſt cui' mediū nō exit ab extremis/ vel vltimis. Vltima aūt vitę ſancti iohānis ſunt paupertas ꝛ vilitas. Vñ Iob. j. d. Nudus egreſſus ſū de vtero matris meę: ꝛ nud' reuertar illuc. Eſt q̄ rect' clauſtralis qui nuſq̄ a paupertate deuiat: ſed p ipſā vt p ſemitā rectiſſime graditur ad gaudia padiſi. Ipſa eñ ē ſemita rectiſſima eundi ad regnū. Prouerb. iij. c. Vię ei' vię pulchrę: ꝛ ſemitę eius pacificę. Nihil eñ ita ſecurū ꝛ ita pacificū ē vt paupertas. Et Math. v. a. Beati paupes ſpū. i. volūtarie: qm̄ ipſoꝝ ē regnū cęloꝝ. Sed fere null' eſt q̄ mō ambulet p ſemitā iſtam. H̄. xxxiij. b. Diſſipatę ſūt vię: ceſſauit trāſiens p ſemitā. a ¶ Oīs vallis exaltabit: ꝛ oīs mōs ꝛ collis hūiliabit. Hoc eſt qd̄ dī Luc. xiiij. c. Oīs q̄ ſe exaltat hūiliabit: ꝛ q̄ ſe hūiliat exaltabit. Prouer. xv. d. Gloriā p̄cedit hūilitas. c ¶ Et erūt praua in directa ꝛ aſpa i vias planas. Hoc pōt exponi de beato Laurētio/ quē duxit aſpitas cratulę ad directa ꝛ plana padiſi gaudia: Et de q̄libet pęnitēte qui p aſpera pęnitētię ducit directe ad gaudia padiſi. Math. iij. a. Facite pęnitētiā. Sap. x. b. Iuſtū deduxit dñs p vias rectas: ꝛ oſtēdit illi regnū dei. d ¶ Et reuelabit glīa dñi. Primo fuit reuelata glīa dñi in mūdi creatiōe. Secūdo in eiuſdē p diluuiū purgatiōe. Tertio i eiuſdē p octo aīas repatiōe. Quarto in eius p legē inſtructiōe. Quīto i eius p reges gubernatiōe. Sexto i pp̄li ſui p captiuitatē multiplicē punitiōe. Septio in eiuſdē ab hoſtib' fortiſſimis mirabili liberatiōe. Octauo i miraculoꝝ p filiū opatiōe. Nono in mūdi toti' p paſſionē vni' hoīs redēptiōe. Decimo i antiqꝝ patrū de limbo liberatiōe. Vndecimo in filij ſui accelerata cū aliqb' milib' ſuis reſurrectiōe. Tādē aūt manifeſtabit ex toto i generali amicorum glificatiōe ꝛ inimicoꝝ patēti ꝯfuſiōe. e ¶ Et videbit oīs caro parit' ꝙ os dñi locutū ē/ vbū dei pr̄is. i. filiū quē de' pat genuit: hoc eñ ē dicere ſuū. Videbit tūc oīs caro: ſ boni i deitate ꝛ hūanitate: Mali etiā/ ſ tm̄ i humanitate. Videbit etiā tūc omnis caro ꝙ locut' eſt dominus p pp̄hetas: bonis p̄mia pmittēdo: ꝛ malis ſupplicia cōminādo. g ¶ Vox dicētis: Clama. Ecce pp̄hę dat mādatū ꝛ auctas p̄dicādi. In q̄ notat ꝙ null' p̄dicatiōis officiū debet aſſumere niſi miſſus. Ro. x. c Quō p̄dicabūt: niſi mittant? i ¶ Quid clamabo? Ita deberēt facere p̄dicatores/ petere. ſ. a dño/ qd̄ p̄dicarēt p orōnē ꝛ ſtudiū ſcpturaꝝ. Multi aūt petūt h̄ a q̄ternis: multi a ſua inuentiōe/ ſiue ingenio: ſ a deo pauci. Vñ H̄. viij. d. Nūquid nō pp̄lus a deo q̄rit viſionē p viuis ac mortuis? Pſ. De medio petraꝝ dabūt vocē. k ¶ Oīs caro fęnū. Fęnū naſcēdo hꝫ virorē: creſcēdo decorē ꝛ florē: ſ exiccatū ardore ſolis terit in puluerē: Sic hō hꝫ virorē in puerili ętate/ decorē ꝛ florē i iuuētute: ſ tandē redit i puluerē i morte. Itē hō habet virorē p innocētię ſtatū: florē ſo p virtutū pgreſſū: ſ oīa hec reducunt i puluerē p pctm̄. Vñ Threñ. j. b. Egreſſus ē a filia ſion oīs decor ei'. m ¶ Exiccatū ē fęnū/ iuuētutis i morte. n ¶ Et cecidit flos/ mūdanę pſperitatis: o ¶ Quia ſpūs dñi ſufflauit i eo/ diſſoluēdo corp' ab aīa graui ifirmitate. Vñ Iaco. j. b. Exort' ē ſol cū ardore: ꝛ arefecit fęnū: ꝛ flos ei' decidit: ꝛ decor vult' ei' depijt. De fęno fit vitꝝ clariſſimū: ſic de carne obſcura fit caro glīoſa. p ¶ Vere fęnū ē pplus/ i pncipio debilis: poſtea debilior: i fine debilium'/ i aqs deliciaꝝ ꝛ limo frenoꝝ defix'. q ¶ Exiccatū ē fęnū ꝛ cecidit flos: idē ē qd̄ pus. s ¶ Verbū aūt dñi manet in ęt'nū. Vñ Math. xxiij. c. Cęlū ꝛ t'ra trāſibūt: vba aūt mea nō trāſibūt. t ¶ Sup montē excelſū aſcēde tu q̄ euāgelizas ſion. Triplex notat h̄ altitudo q̄ in p̄dicatiōe reqrit. ſ. in ſcia: in vita: in doctrina. x ¶ Exalta i fortitudine vocē tuā

* tudine vocē tuā

No taliter

35. q. 10. c. l.
Bt. pei
nři ſtabit

Iobel. 1. d.

Glīa dei fuit reuelata multipliciter

Pſ. 103.

q̄ ꝓfers vocē iudeis. Vel ſi ſion ⁊ ſi hierl'm/ vocatiui ſunt: ita ꝙ ad ipſa dirigat̄ ſermo. Et huic lr̄e ꝯcordat Hiero⁹: et dic: Que euāgelizas. q. d. hierl'm et ſion q̄ euāgelizas. i. predicas magnalia dei: poſt liberationē tuā p̄dica apte. a Exalta/ noli timere. q. d. p̄dica ſecure ⁊ nō oportet ꝙ tu timeas. b Dic ciuitatib⁹ iude. i. ciuitatū q̄ ſūt i iudea habitatorib⁹. Et qd: c Ecce de⁹ veſter/ veniet cito ad liberādum vos. Septuaginta: Ecce dñs veſter: ecce dominus
j.62.d. deus cum virtute veniet: ⁊ brachium eius cum dominatione. d Ecce dñs de⁹ in fortitudine veniet. i. venire apparebit i mirabili iudeoꝝ reuerſiōe: vel in babylonie deſtructiōe ꝑ medos. ſ. ⁊ pſas: e Et brachiū ei⁹. i. cyrus elect⁹ p̄nceps ei⁹: f Dn̄abit/ babyloniꝭ. g Ecce merces ei⁹ cū eo. i. impletio ꝓmiſſiōis facte iudeis de reuerſiōe ſua: vel fertilitas tr̄e ſue in reditu: vel retributio ſeruientib⁹ ſibi. h Et opus illi⁹ corā illo. i. iudei reuertētes: qd̄ dicit̄ opus ei⁹ ꝓpter miſericordē liberationē ⁊ potētie manifeſtationē corā illo tanꝗ̄ ductore. Septuaginta. Et opus ei⁹ i ꝯſpectu illi⁹. i Sicut paſtor gregē ſuū paſcet. i. cōgregationē reuertentiū paſcet i deſerto ꝑ qd̄ redibūt: ſicut paſtor paſcit gregē ſuū. k In brachio ſuo cōgregabit agnos. i. in potētia ſua cōgregabit iudeos i diuerſis terris diſpſos: q̄ dicunt̄ agni q̄ſi ſimplices ⁊ māſueti/ reſpectu illoꝝ de decē tribub⁹. l Et i ſinu ſuo leuabit. q. d. valde ſuauiter ⁊ cū magna diligentia reducet eos: ſicut mater q̄ in ſinu ſuo nutrit puerū ſuū. m Fetas ipſe portabit. i. infirmos redeuntiū portabit/ dando fortitudinē vel tp̄is oportunitatē.

C

a ſalē: Exālta/ noli timere. Dic
b c ciuitātib⁹ iude: Eccē de⁹ vr̄.
d Eccē dn̄s de⁹ in fortitudine
e f veniet: et brāchiū eius dō/
g minabit̄. Eccē merces eius
h cum eo: ⁊ opūs illius coram
i illo. Sicūt paſtor gregē ſuū
k paſcet: i brāchio ſuo cōgre/
l gabit agnos: ⁊ in ſinū ſuo le/
m uabit: fetās ipſe portabit.
n Quis mēſus ē pugillo aq̄s:
o et celōs palmo ponderauit:

Sicut paſtor gregē ſuū paſcet. Septuagita: Populum ſuum: et in brachio ſuo congregabit agnos: ⁊ p̄gnantes cōſolabit̄: alios cū fiſtula cōſolationis: alios cū virga tribulatiōis: et hec etiam quādoq; alternando ſic paſtor.

Quinta pars n Quis mēſus ē pugillo aquas. Quia poſſet aliquis de p̄dict̄ heſitare ⁊ dicere: Nō poſſet eſſe ꝙ tā potēs regnū et nobile deſtrueret̄: Jdeo oſtēdit omnipotentiā dei ꝑ multa opa facta ſupra naturā: vt exemplo illoꝝ ꝓbet hoc a domino facile poſſe cōtingere. Vn̄ dic: Quis menſus ē pugillo aquas: quaſi nullus hoc poſſet facere niſi deus. o Et celos palmo ponderauit: q. d. ipſe ſolus. Pugillus eſt manus cōtracta

Moraliter * tudine vocē tuā q̄ euāgelizas hierl'm. Vn̄ Oſee. viij. a. Jn gutture ſuo ſit tuba: q̄ſi aquila ſup domū domini. a Exalta/ noli timere. Hiere. j. d. Ne formides a facie eoꝝ. Ezech. ij. c. Ne timeas eos neq; ſermōes eoꝝ metuas. b Dic ciuitatib⁹ iude: Ecce deus veſter/ veniet ad retribuendum bonis gaudia in iudicio/ ⁊ malis ſupplicia. De his em̄ duobus debet eſſe p̄dicatio. Hoc mandatū impleuit
Joh. i. d. Iohānes/ q̄n videns dominū diſcipulis ſuis/ dixit: Ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Nota ꝙ/ ecce/ frequēter ponit̄/ vbi agit̄ de incarnatiōe: vt melius attendat̄ ⁊ firmi⁹ memorie cōmendet̄. d Ecce domin⁹ deus in fortitudine veniet: ⁊ brachiū eius dominabit̄. Hoc ꝯtra ad malos: quibus ꝓprie domin⁹ tūc apparebit q̄n deſtruet eos.
Pſ. 9. Unde Pſ. Cognoſcet̄ dn̄s iudicia faciēs: qui modo ignorat̄
AUdite hec domus ia/ cob. Adhuc imorat p̄pha circa in/ crepationē iudeorū. Et diuidit h capitulū in duas p̄tes. In p̄ma parte arguit eoꝝ p̄uerſitatē. In ſc̄da ne deſperent p̄mittit eis pietatē: ibi: Propt nomē meū. Dicit ergo: r Audite hec domus iacob.i. vos iudei: s Qui vocamini noie iſrl.i. q̄ eſtis iſraelite ſolo nomie nō faciētes op̄a filioꝝ iſrl. t Et de aq̄s iuda exiſt.i. de p̄p̄lis iudeoꝝ: ſm q̄d dr. ij. Reg. xiiij. c. Oēs q̄ſi aq̄ dilabim in terrā que nō reuertunt. De aq̄s iuda/ Haimo/ hoc dic/ vt oſtēdat eos eſſe filios p̄riarcharū: nō virtute ſ carne. Et no/ ta q̄ dn̄s facit h mētionē de iuda: q2 decē tribub⁹ captiuatſ/ iuda ꝛ beniamin ꝛ leuite in t̄ra p̄miſſiōis manebāt: ꝛ regē de iuda habebāt. v Qui iurat i noie dn̄i ꝛ dei iſrl re/ cordamini/ nō in veritate neq̄ in iuſticia.i. accipit nomē dei ad mēdacia vr̄a: ꝛ iiuſticias ꝯfirmādas. Mutatio pſone. x De ciuitate eni ſc̄tā vocati ſūt.i. gloriant de h q̄ vocant a hieruſalē que ē ciuitas ſancta.i. hieroſolymite. Et ſup deū i rael

Myſtice r Audite hec dom⁹ iacob. Hic redarguūt negociatores religioſi: q̄ ſūt dom⁹ iacob.i. in negociationib⁹ colluctātes: tn̄ ꝯtemplatiuos ſe dicūt ꝛ fingunt. Vn̄ ſubdit: s Qui vocamini noie iſrl.i. q̄ nomē tm̄ habet ꝯtēpla/ tiuoꝝ.i. vidētiū deū: et nō rē. Mirabilis eſt ꝯuerſio q̄ de iſ/ rael mō fit iacob.i. de ꝯtēplatiuo actiu⁹: Antiq̄t⁹ eni fact⁹ eſt de iacob iſrael. Vn̄ Gen̄. xxxij. f. dixit angel⁹ ad iacob. Q̄d ē nomē tibi: Rn̄dit: iacob. At ille: Nequaq̄ inq̄t iacob appel/ labit nomē tuū: ſed iſrl. Corrigat g̊ l̄ra ꝛ dicat: Nequaq̄ iſrl appellabit nomē tuū: ſed iacob. t Et d̄ aq̄s iuda exiſt: id ē lachrymas ꝯfeſſiōis ꝛ cōpūctiōis dimiſiſtis p̄pt multipli ces negociatiōes vr̄as. Oſee. xij. d. Circūdedit me ephraim in negociatiōe ſua: ꝛ in dolo dom⁹ iſrael. Ezech. xxviij. e. In multitudīe negociatiōis tue polluiſti me. v Qui iuratis in noie dn̄i ꝛ dei iſrael recordamini/ nō in veritate neq̄ in iuſticia. Ecce q̄d ſequit negociatiōes multas.ſ. p/ iuriū ꝛ dolus: p̄pter que duo maxime fugiēde ſūt: q2 vir mul/ tum iurās replebit iniq̄tate: ꝛ non diſcedet a domo eius pla/ ga: Eccl. xxiij. b. Propt q̄d dicit in eodem: Iurationi non aſſueſcat os tuū: mlti eni caſus i illa: Noiatio ſo dei n̄ ſit aſ/ ſidua i ore tuo: ꝛ noib⁹ ſc̄toꝝ nō admiſceart: q̄m nō eris imu nis ab eis. Itē in eodē. Si inuacuū iurauerit nō iuſtificabit: replebit eni retributiōe peſſima dom⁹ ei⁹. Multo magis g̊ ſi i dolo iurauerit. Zach. v. b. Veniet ad domū furis: et ad do/ mū iurāt in noie meo mēdacit. Vn̄ Zach. viij. c. Iuramētū mēdax ne diligat. Eccl. xxvj. d. Due ſpecies difficiles ꝛ picu loſe mihi apparuert: Difficile exuit negociās a negligētia ſua: ꝛ nō iuſtificabit caupo a pctis labioꝝ ſuoꝝ. x De ciuitate eni ſc̄tā vocati ſūt. Ita ē de mult religioſis q̄ iactāt ſe de h q̄ habitāt i loco ſc̄tō: de hoc q̄ in religione ſua fuerūt multi ſancti. Cōtra q̄d dicit Hiero⁹. Nō ē laudabile hieroſolymis fuiſſe: ſed hieroſolymis bn̄ vixiſſe. Ioh. viij. e. dixerūt iudei:

 Pat noſter abraā eſt

¶ a ¶Et ſup deū iſrł ↄſtabiliti ſūt.i.firmati ſt: ⁊ fūdati ſup deū iſrł: vt dicūt: q̄ſi iactāt ſe deū hře ꝓtectorē. b ¶Dñs exercituū nomē eiꝰ/ q̄ ↄtinue voſ ꝓtegit. Mutatio ꝑſonę ⁊ numeri. c ¶Priora ex tūc ānūciaui: ⁊ ex ore meo exierūt .i.ab antiq̄s tꝑibꝰ retro: vel ab initio mūdi nūciaui tibi multa an̄q̄ fierēt.q.d.mirū eſt ꝙ a tā longinq̄s tēporibꝰ p̄nūciaui vob̄ q̄ videt̄ impleta: ⁊ tñ mihi nō vulť credere. d ¶Et audita feci ea/ p̄dicta: ne eoꝝ noticiā forſitā aſcribere/ tis idolis. e ¶Repē te opatꝰ ſū/ vel opa/ boꝛ illa. f ¶Et ve/ nerūt/ vel veniēt. q.d. p̄ędixi ea ṽbo an/ teq̄ eēnt et oꝑe ea adimpleui. Et oſtēdit dñs q̄re nūciauerit p̄dicta.ſ.ne ea idolis aſcriberēt: qḋ feciſſent cito/ q; duri ⁊ rebelles ſunt. Et hoc eſt qḋ dicit: g ¶Sciui eni q; durꝰ es tu/ ad credendū verū: ⁊ facilis ad credēdū malū. Vel q; dñs deſtructionē babyloniox ⁊ liberationē iudęoꝝ ita ſępe p̄dixerat: quia poſſent forte querere q̄re hęc tam ſępe repetit: ideo q̄ſi anthypophorice rñdet dñs: innuens ꝙ h̄ fac̄ q; nimis duri ⁊ difficiles erāt ad credendum. Et hoc eſt qḋ dicit. Sciui eni.i.ſcio. h ¶Quia durꝰ es tu.i.difficilis ad credēdū. i ¶Et neruꝰ ferreꝰ ceruix tua.i.ceruix tua ita dura eſt ad p̄dictā liberationē credendā vt neruꝰ ferreus. k ¶Et frons tua ęrea.i.dura ⁊ impudibūda ad ↄ̄dicendū apte ſacerdotibus et ꝓphetis p̄dictā liberationē dicentibus. l ¶Prędixi tibi/ futura ⁊ hęc ⁊ alia. m ¶Ex tūc.i.ab antiquo. n ¶Anteqū venirēt indicaui tibi: et hęc p̄nūciaui. o ¶Ne forte diceres: idola mea fecerūt hęc: qḋ forte faceres ſi videres hęc contingere: ⁊ nō eſſent p̄nūciata tibi. p ¶Et ſculptilia mea ⁊ ↄflatilia mādauerūt iſta.i.p̄cęperūt cyro et dario ꝙ facerēt iſta: vel p̄nūciauerť iſta ꝑ idola: vel ꝑ hariolos. q ¶Quę audiſti/ ꝑ ꝓphetas complenda. r ¶Vide oīa.i.vides vel videre potes oīa impleta q̄ dixi: vel videbis oīa cōpleta q̄ dico. Et nota ꝙ in his ṽbis rep̄hēdit eos dñs ī q̄ttuor. Primo enim rep̄hendit eos de ſimulata iuſticia: ibi: Qui vocamini noīe iſrł. Scḋo de iactātia: ibi: De ciuitate eni ſctā vocati ſunt. Tertio de inobedientia: ibi: Sciui eni q; durꝰ es tu. Quarto de blaſphemia: q; bona ſua idolis aſcribebant: ibi: Ne forte ⁊c. s ¶Vos aūt o idola. t ¶Nō annūciaſtiſ/ hęc p̄dicta. Vel/ s ¶Vos o iudęi. t ¶Nō annūciaſtiſ/ filijs vr̄is q̄ ventura erant ſup babylonē: ſed veritatē celaſtis. v ¶Audita feci tibi noua.ſ.deſtructionē babylonis ⁊ liberationē tuā: ⁊ multa alia. x ¶Ex tūc ↄſeruata ſūt q̄ neſcił: q̄ſi ab antiq̄ etiā dicturꝰ erā plura tibi: ſed ꝓpť incredulitatē tuā reſeruaui multa q̄ non ¶ reuelaui tibi. Nūc

Mystice ⁂ Pater noſter abraā eſt. Dicit eis ieſus: Si filij abrahę eſtis: opera abrahę facite. a ¶Et ſuper deum iſrł conſtabiliti ſūt. Multi/ imo oēs cōſtabiliti ſūt ſup dñm: ſ; mľti ceciderūt ꝑ ſupbiā: alij iacēt ꝓſtrati ꝑ luxuriā. Michęę.iij.d. Sup dñm requieſcebāt dicētes: Nūq̄d nō dñs ī medio nr̄m: g ¶Sciui q; durꝰ es tu: ⁊ neruꝰ ferreꝰ ceruix tua: ⁊ frons tua ęrea. Hic redarguiť pctōꝛ ī duobꝰ: de obſtinatiōe in pctō: et de impudētia ī malefaciēdo. Ezech.iij.b. Oīs domꝰ iſrael

Triplex duricia — attrita fronte ē ⁊ duro corde. Itē h̄ ſignificať triplex duricia: ſcȝ duricia cordis ꝑ impatiētiā: oris ꝑ exaſperationē: opis ꝑ

Triplex ceruix Ps̄.128. — imiſericordiā. Itē ē ceruix elatiōis. Ps̄. Dñs iuſtꝰ ↄcidet ceruices pctōꝝ. Eſt ⁊ ceruix obſtinatiōis. Exo.xxxij.b. Cerno ꝙ ꝑplš iſte durę ceruic̄ ſit. Eſt etiā ceruix p̄ſumptę liberalitatiſ. Iob.xv.c. Pingui ceruice ↄ̄ dñm armatꝰ ē. Itē ē nerꝰ/ fallacia vel ꝓſucia: luxuria: pęna: ſupbia. Fallacia vľ ꝓſutia. Iob.

Multiplex neruus — xl.b. Nerui teſticuloꝝ eiꝰ ꝑplexi ſūt. Luxuria. Gen̄. xxxij.f. Tetigit neruum femoris eiꝰ ⁊ emarcuit. Pęna. Iob.xiij.d. Poſuiſti ī neruo pedē meū. Supbia. Ioſue.xj.b. Eq̄s eorū

Ex. tenea

a ēt ſup deū iſrł ↄſtabiliti ſūt:
b dñs ēxercituū nomen eius.
c Priora extūc ānūciaui: ⁊ ex
d ore meo exierūt: ēt audita fe
e ci ea: rēpēte opatꝰ ſū ēt vene
f g rūt. Sciui eni q; durꝰ ēs tu:
h i ēt neruus ferreꝰ ceruix tua: ⁊
k frōns tua ęrea. Prēdixi ti/
m n bi ēxtūc: āntēq̄ venirēt indi
o caui tibi: nē forte diceres:
p idola mea fecerūt hęc: ⁊ ſcul
ptilia mea ⁊ ↄflatilia māda/
q uerunt iſta. Quę audiſti/ vi/
r s dē omnia. Vōs aūt nōn an
t v nunciaſtis. Audita feci tibi
x noua ēxtūc ↄſuata ſt q̄ ne/

ſubneruabis: ⁊ currꝰ igne cōbures. Nota mala q̄ fac̄ duricia. Primū malū ē ꝙ increpationē durā et obiurgationē mereť. Vñ Deuť.xxxi.g. dixit moyſes ad ꝑplm: Scio contentionē tuā: ⁊ ceruicē tuā duriſſimā. Secūdū eſt ꝙ maledictionē incurrere facit. Vñ ꝑ totū ſequēs caplm moyſes maledicit eis/ dicēs: Cōgregabo ſuper eos mala: ⁊ ſagittas meas implebo in eis: conſumenť fame: et deuorabūt eoſ aueſ morſu amariſſimo ⁊c. Deuť.xxxij.d. Tertium eſt ꝙ comitatum dñi ⁊ ꝓtectionē auertit. Exo.xxxiij.a. Nō aſcendā tecū: q; ꝑplš durę ceruic̄ ē. Quartū eſt ꝙ furorē dñi incurrere facit. Unde Exo.xxxij.b. dñs quaſi furioſus dixit ad moyſen: Cerno ꝙ ꝑplš iſte durę ceruic̄ ſit: dimitte me vt iraſcať furor meꝰ cōtra eos vt diſꝑdā eos. Quintū eſt ꝙ inť populū dei non mereť numerari. Ezech.ix.b. Tranſi per mediā ciuitatē: ⁊ ſigna tau ſup frontes viroꝝ gementiū ⁊ dolentiū ſup abomiationibꝰ q̄ fiunt in medio eiꝰ. Hoc ſignū nō fit in fronte ęnea vel ferrea: ſed ī molli ⁊ lugēte alios ꝑ cōpaſſionē. l ¶Prędixi tibi extūc/ anteq̄ venirēt īdicaui tibi. Inexcuſabileſ q̄ ſumꝰ oēſ: q; dñs bona futura p̄dixit ſępe: et mala inferni multotiēs cōminať. Annūciat aūt hęc ꝑ exempla p̄cedentiū: ꝑ teſtimoniū ſcp̄turaꝝ: ꝑ inſpirationē cordiū: ꝑ admonitionē prędicatoꝝ: ꝑ abūdantiā reꝝ tꝑaliū: ꝑ flagella ⁊ caſtigatiōes corporum. o ¶Ne forte diceres: idola mea fecerūt hęc: ⁊ ſculptilia mea ⁊ conflatilia mādauerūt iſta. Ita dicunt aliq̄ diuites/ ꝙ ſua induſtria acq̄ſierūt q̄ habent. Cōtra qḋ ē illud Iaco.j.c. Oē datū optimū ⁊ omne donū ꝑfectū deſurſum eſt. q ¶Quę audiſti: vide oīa. O homo vide opera creationis/ vt ex his agnoſcas potentiam ⁊ ſapientiā conditoris: qui de nihilo cuncta creauit: ⁊ omīa ꝓprio numero/ menſura ⁊ pondere ſtabiliuit: vt dicitur Sap.xj.d. Vide opa recreationis: vt recolas inde clementiam ⁊ miſcḋiam redemptoris: qui ſic ꝓ ſeruis maliuolis: imo ꝓ inimic̄ deprehenſis ⁊ incarceratis iam mori dignatus eſt. Abacuk.iij.a. Dñe audiui ⁊c. Eccꝉ.xliij.d. Ipſe omnipotēs ſuper oīa opera ſua: terribilis dñs ⁊ magnus vehementer: ⁊ mirabilis potentia eius. Vide opera glorificationis: vt inde mireris largitatem/ ⁊ gratiā ſaluatoris: qui vult omēs hoīes ſaluos fieri.j.Timoth.ij.b. Et participes ⁊ coheredes regni ſui: Ecce largitas: qui pro modicis magna: ꝓ trāſitorijs ꝑpetua: pro vilibus glorioſa largiť: qui minꝰ promittit q̄ ſoluat. Eccꝉ.xliij.d. Pauca vidimus operū eius: oīa aūt dñs fecit et pie agētibꝰ dedit ſapiētiā. s ¶Vos autē nō annūciaſtis. Hoc diciť pręlatis torpentibꝰ: qui cū īſtruere debeāt ſubditos/ deſtruūt: cū cuſtodire debeāt/ ſpoliant ⁊ occidūt: cū paſcere eos debeāt/ ecōtrario bona eorum comedunt: cum prędicare debeant/ muti ſūt. Sed timenda ē eis illa ſentētia: qua diciť Ezech.iij.d. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui iſrael: Si dicente me ad impium morte morieris: non annūciaueris ei: ipſe quidē in iniq̄tatibus ſuis morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram. v ¶Audita feci tibi noua: deū/ hominē: immortalē/ mortalem: ęternū/ temporalē: imenſum/ paruulū: verbū/ infans: virginem/ matrem. Hiere.xxxj.d. Nouū faciet dñs ſup terrā ⁊c. Eccꝉ.xxxvj.a. Innoua ſigna: īmuta mirabilia. x ¶Ex tūc ↄſeruata ſūt q̄ neſcis. Ecce ꝓpter peccata noſtra dimittit dñs multa reuelare nobis. Hiere.iij.a. Polluiſti terrā in fornicationibꝰ tuis ⁊ in maleficijs tuis: q̄obrem prohibitę ſunt ſtillę pluuiarum/ ⁊ ſerotinus imber non fuit. Specialiter tñ dimittit dñs nobis reuelare aliqua ꝓpter inobedientiā et carnalitatē. De primo dicitur Ezech.iij.g. Linguam tuā adhęrere faciaȝ palato tuo ⁊ eris mutus: nec quaſi vir obiurgans: quia domus exaſperans eſt. De ſecūdo ḋ: Iob.xvj.c.

⁂ Multa habeo vob

Multa mala facit duricia

B

Ex. tet

a ſcis. Nūc creata ſūt/ēt nō ex
b tūc ēt ante diē: ēt nō audiſti
c e ea/nē forte dicas: ecce ego
f cognoui ea. Neqꝫ audiſti
g h neqꝫ cognouiſti neqꝫ extunc
i k apta ē auris tua. Scio ēnim
l qꝛ ꝑuaricās ꝑuaricaberl:et
m tráſgreſſorē ex vētre vocaui
n te. Prōpter nomen meum
o p lōnge faciam furorem meū:
q r et lāude mea īfrenābo te nē
s t intereas. Eccē excoxi te:ſed
v non quaſi argentum: ēlegi
te in camino paupertatis.

ꝑ reuelaui tibi. a Nūc creata ſūt.i.in effectu ꝓducta. Uł nūc creata ſt apud me anq̄ꝫ fiāt: b Et nō extūc cognuiſti ea ſupple. c Et añ diē/ſui aduēt᷒/ſupple ego cognui ea:⁊ creata erāt apud me. d Et nō audiſti ea.i.nō fuerīt tibi ꝑdicta. e Ne forte dicas:ecce ego cognui ea/a diis vł ab idolis meis. f Neqꝫ audiſti/ꝑ alios. g Neqꝫ cognouiſti/per te. h Neqꝫ extūc/ex quo creata ſūt apud me:vel ex q̄ per ꝓphetas ea ꝑdixi. i Apta ē auris tua: cordis vel corꝑis/ad audiendum ſupple vel cognoſcēdū predicta. q.d.dñs: quedaꝫ anteqꝫ euenirent ꝑdixi tibi:ne ſi non fuiſſent tibi ꝑdicta/cū euenissent idolis tuis ea aſcriberes:quedam ꝓ̄o noua facio ⁊ ſubito que non ꝑdixerā tibi:ne crederes ꝙ ab idolis tuis illa ſcire potuiſſes. k Scio eni. Poſſet aliquis querere:ex quo iudei ita mali ſunt:q̄re vis eos liberare? Et r̄ndet dñs. Scio ꝙ mali ſunt:tñ liberabo eos ꝓpter nomen meū.i.propter honorem nois mei:⁊ ne glorient̄ gentiles dicentes:ꝙ potentia idoloꝝ ſuoꝝ ſubiecerīt iudeos. Uñ dic̄: Scio eni:qꝛ ꝑuaricās legē moyſi: qđ factū eſt diu: Exo.xxxij.d. l Preuaricaberl/in aduētu filij. Uel/Preuaricaberl/tp̄e hieremie:qui mādauerat eis ꝙ generarēt filios ⁊ filias:quia adhuc redituri erant ad terrā ſuam:et ipſi nolebant credere:nec cohabitare vxorib᷒ ſuis. m Et tranſgreſſorē ex vētre vocaui te.i.ex quo legē accepiſti:quia ilico idola adoraſti: Exo.xxxij.a. Uel/Ex vētre:qñ de egypto liberatus quaſi vtero meo ꝯceptus es/nōdum tñ natus/ꝑ legis ſuſceptionē: Tūc eni peccauerūt multū murmurando ꝯtra moyſen ⁊ aaron. Et tñ licꝫ talis ſis: n Propt̄ nomē meū:ne.ſ.nomē meū vileſcat:non ꝓpt̄ meritū tuū. o Longe faciā furorē meū/a te.ſ.captiuitatē differēdo:⁊ te de captiuitate reducendo. Uel/Longe faciam furorē meū.i.feci:ne.ſ. extoto diſperderem te. p Et laude mea.i.operib᷒ meis laudabilib᷒ vel cantilenis ⁊ ſolennitatib᷒ meis i templo. q Infrenabo te.q.d.tot bona tibi faciam ꝙ beneficijs victus quaſi coactus ſequeris me:ſicut iumentū ſequitur hominem coactum per frenū. r Ne intereas/ꝑ idolatriā. s Ecce excoxi te. Poſſent iudei dicere ꝙ abſoluti eſſent a peccatis ſuis ꝓpter penā captiuitatꝭ/et merito ſuo liberati de captiuitate tanqꝫ penitētia iam peracta. Contra qđ dñs dicit: Et ſi puniui eos:nō tñ quātū pctā ſua exigebāt. Uñ neutrū ꝓdictoꝝ poſſunt allegare. Et hoc ē qđ dicit: s Ecce excoxi te/fornace tribulatiōis in babylone: vł etiā ſeruitute in egypto. t Sed non quaſi argentum: quia propter hoc non es purgatus:immo nec etiam emēdatus. v Elegi te in camino paupertatis:id eſt elegi te ponere in anguſtia paupertatis babylonica captiuitate vt te corrigeres.

Al. tmeā

Secūda ps

¶ Propt̄ me faciā

Myſtice Multa habeo vobis dicere:ſed non poteſtis portare modo. f Neqꝫ audiſti/per doctrinam. g Neqꝫ cognouiſti/ꝑ inuētionē. h Neqꝫ extūc apta ē aurī tua/ꝑ obediētiā. Primū aufert ſupbia q̄ aliqs dedignat̄ eſſe diſcipul᷒: ꝑus volēs eſſe canaliſ q̄ꝫ cōcha. Cōtra qđ dꝛ Prouerb.xviij c. Qui ꝑus r̄ndet q̄ꝫ audiat:ſtultū ſe eſſe demōſtrat. Secundū aufert occupatio varia:qꝛ ſapiam oportet ſcribere tp̄e vacuitatis. Unde Eccī.xxxviij.c. Qui minorat̄ actu/percipiet ſapiam. Tertiū aufert inobediētia:qꝛ ꝓpt̄ obedientiā exaltat de᷒ hoiem/tā in tp̄alib᷒ q̄ꝫ i ēt̄nis:tā in ꝟtute q̄ꝫ i ſciētia. Uñ Luc.xviij.c. Qui ſe humiliat exaltabit̄. Non eſt dictū in q̄: vt intelligas in oib᷒. k Scio eni qꝛ ꝑuaricās/legē naturalē. l Preuaricaberis/ legē ſcriptam. Preuaricans ꝯmittendo:preuaricaberl omittendo. Preuaricans ꝑ contaminationē voti baptiſmi:preuaricaberis ꝑ irritationē voluntarij voti. Preuaricās mandata dñi ad q̄ neceſſario obligat᷒ eras dū eēs ſecular᷑:ꝑuaricaberis ꝑcepta regule ad q̄ te ſpontanee ligaueras cū fieres clauſtralis. m Et tráſgreſſorē ex vētre vocaui te. Uent̄ dei baptiſm᷒ ē:i q̄ tráſgrediūt̄ fere oēſ. Itē vent̄ dei patiētia ē:i q̄ tráſgrediūt̄ ꝓcraſtinātes. Itē vent̄ dei pnīa ē:q̄ ad ſecūdā generationē:i q̄ tráſgrediūt̄ recidiuātes. De ꝑmo dꝛ in Pſ. Errauerūt ab vtero/locuti ſūt falſa. De ſecūdo. Ezech.xx.f. Eligā de vobis tráſgreſſores ⁊ impios:⁊ de terra incolat᷒ eoꝝ educam eos.i.de mūdo ꝑ mortē quantumcūqꝫ ſuſtineā per patientiā:⁊ terrā iſrł: id eſt videntiū deū nō igredient̄. De tertio dicit̄ Gal.ij.d. Si que deſtruxi/ iterum redifico:ꝑuaricatorē me ꝯſtituo. Et ē argumētū ꝙ pnīa eſt q̄dam lex. n Propt̄ nomē meū longe faciā furorē meū. Unde opus eſt vt dñs miſereat̄ nr̄i ꝓpt̄ bonitatē ſuā: qꝛ ꝓpt̄ merita nr̄a parū tenet̄ nobis:imo de ꝯdigno nihil:tū qꝛ etſi aliqđ facimus boni/pluſ tñ adhuc debem᷒ deo:tum qꝛ etſi ſit bonū qđ facim᷒/nō tñ purꝝ:tū qꝛ etſi et eēt purū ⁊ bonū/nō tñ a nobis eſt ſed a deo. Ezech.xx.c. Feci ꝓpter nomē meū ne violaret̄ in gentib᷒. p Et laude mea infrenabo te ne intereas. Infrenat de᷒ hoiem:infrenat ⁊ demonē:ſed demonē ne noceat:hoiem ne intereat. Infrenat auteꝫ demonē/ furorē eius et potentiā coartādo. De q̄ infrenatione dr̄ Ezech.xxix.a. Ecce ego ad te pharao rex egypti draco magne:q̄ cubas in medio fluminū tuoꝝ ⁊ dicis: Meus eſt fluuius:⁊ ego feci memetipſum:⁊ ponā frenū in maxillis tuiſ et reducā te per viam per quā veniſti. Infrenat aūt dñs hominē laude ſui ⁊ ſuoꝝ/bñficijs ꝯſolationū/ſanitatū ⁊ rerū etiam terrenarū/ꝟroꝛe cōminationū/flagelliſ egritudinū ⁊ q̄nqꝫ amiſſiōe rerū/doctrinis ſcripturarū ⁊ ꝑdicatoꝝ/reclamatione ſyndereſis q̄ ſemꝑ murmurat ꝯtra pctm̄/ occupatiōe ꝯtra ociū periculum/erubeſcētia ſui ⁊ hominū ⁊ etiā angeloꝝ/ſilētio ⁊ temperātia verboꝝ/abſtinentia ciboꝝ/inedia diuitiarū. Cōtra qđ dꝛ Deut.xxxij.b. Incraſſat᷒ ē dilect᷒ ⁊ recalcitrauit. Quare? Quia nō habebat h̄ frenū. Eccī.xxviij.d. Frenos ori tuo facito. Zach.xiiij.d. In die illa erit qđ ſuꝑ frenū equi eſt ſanctū dño. Ea per q̄ refrenat̄ hō notant̄ his verſib᷒. Dogmate/ laude/minis/donis/ratiōe.i.ſyndereſi/flagellis: Clauſtro/pauperie/virtute/laboꝛe/pudoꝛe: Exemplis ſociū frenamur ne peream᷒. s Ecce excoxi te:ſꝫ nō quaſi argentum. Hoc dicit̄ reprobis:qui ſub flagello tribulationis non purgant̄ a palea/ſed frāgunt̄: ſub lima aduerſitatis non clareſcūt/ſed rubiginē ꝯtrahūt:ſub fornace temptationis non mūdant̄/ſed crepant. De quibus dicit̄ Iere.v.a. Percuſſiſti eos ⁊ non doluerīt:attriuiſti eos et noluerūt accipere diſciplinā. Et.vj.g. Fruſtra cōflauit conflatoꝛ:malicie eoꝝ non ſūt ꝯſumpte:argentū reprobum vocate eos:⁊ dñs proiecit illos: tanqꝫ metallū iutile ad fabricāda vaſa in honorē. v Elegi te in camino pauptatis. Multos eligit dñs in camino ꝓſperitatꝭ:quorum electionē caſſat poſtea in aquis aduerſitatꝭ. Unde Deut.xxxij.b. Incraſſat᷒ eſt dilectus ⁊ recalcitrauit:incraſſat᷒ impinguat᷒ dilatatus. Et poſt. Dereliquit deum factorem ſuū: ⁊ receſſit a deo ſalutari ſuo. Apocl.j.d. Pedes ei᷒ ſimiles aurichalco ſic̄ i camino ardēti. Daniel.iij.a. dicit nabuchodonoſoꝛ: Si quis non adorauerit ſtatuam auream:id eſt demonē: eadem hoꝛa mittet̄ in fornacem ignis ardentis:id eſt paupertatē:et omis populus tribus ⁊ lingue adorauerūt. Hoc eſt qđ dicit̄ Eccs.x.d. Pecunie obediunt omnia: Ecce paupertas electionē dñi meret̄. Diligenda eſt ergo pauptas propter hoc/quia capitulū eſt in diuina electione:quia lucerna eſt in veroꝝ amicoꝝ manifeſtatione:quia caſtrum ſecurum eſt ſine expugnatoꝝ terroꝛe: qꝛ camera quieta eſt ſine ſollicitudinū ⁊ perturbationū inquietudine:quia prima diſcipula fuit ꝑdicationis diuine:⁊ ꝑma parochia quā habuit

Pſ.57.

Al. tvtero

Cōmendatio paupertatis

a Própter me ✝faciam/ vt nõ
b blaſ́phemer: ét gloriam me/
c am alteri non dabo. Au/
d di me iacob: ét iſrael quém
e ego voco. Egõipſe: égo pri/
f mus ét ego nouiſſim⁹. Ma/
g nuſ quoq; mea fundauit ter
h ram: ét dextera mea ménſa ẽ
i celos. Egõ vocabo eos: et
k ſtábũt ſimul. Cógrégamini
l oẽs vos: ét audite/ quis de
m eis ãnũciáuit hec: Dñſ dilẽ/

G a Propter me faciam/ liberationẽ veſtram: non ꝑ me/ritis veſtris. b Ut nõ blaſphemer/ a gentib⁹: vt dicãt me impotentẽ ad liberandũ vos. c Et gloriã meam al/teri non dabo: vt.ſ. alius dicatur liberator tuus. Uel ſic: Gloriã meã alteri non dabo.i. non ꝑmittã ꝙ idola ha/beant gloriã meã.i. ꝙ

Ar.✝ ꝓpter me attribuat eis a gẽtib⁹
S.42.b. gloria et reuerẽtia de
hoc ꝙ detineant po/
pulũ meũ in captiui/
tate. d Audi me
S.41.b. iacob.i. vos de iuda
et.44.a. et beniamin. e Et
Apoc.1.d. iſrael.i. vos qui eſtis
filij iſrael. f Quẽ

ego voco/ ad pniaz: & ad cultum meum & ad audiendũ me. g Egoipſe/ non idola: immo nihil. h Ego primus: ante quẽ null⁹. i Et ego nouiſſim⁹/ poſt quẽ nõ ali⁹.q.d. qui ſum ſine fine et ſine ꝑncipio. k Man⁹ q̃z mea.i. potentia mea: vel filius meus: l Fundauit terrã/ mate/rialem/ ad litterã. m Et dextera mea.i. potentia mea: vel filius/ vt ꝑus. n Menſa ẽ celos/ materiales/ vel ange/los: quia celos materiales ꝓprijs terminis limitauit: & poten/tiam angeloꝝ & virtutẽ ſimilit. o Ego vocabo eos.i. celos materiales/ ad litterã. p Et ſtabunt ſimul.i. ſi ego vellem eos vocare & precipere: ipſi ſtarent coram me. Uel/ o Ego vocabo eos.i. angelos. p Et ſtabũt ſimul vt mee pareant iuſſioni. q Cógregamini omés vos: vos.ſ. celi: vel angeli: vel oẽs creature: vel filij iſrl. r Et au dite/ que dictur⁹ ſum. s Quis de eis.i. celis/ vel creatu ris/ vel angelis/ vel de idolis. t Annũciauit hec: ꝙ.ſ. cyrus babylonẽ deſtrueret: q.d. nullus de oib⁹ ꝑdictis po/tuit prenunciare hec niſi ego. v Domin⁹ dilexit eum: id eſt cyrum.i. ſignũ

Myſtice ※ rochia quã habuit in cura filius dei. Item qz ꝑma eſt in rece/ptione medicine dei. Item qz ipſa ſola ẽ hoſpita ſpũſſancti. Itẽ qz ipſa ꝓprie ẽ ſub tutela dei. Itẽ qz ipſa ſola ẽ cõmẽſa/lis chriſti. Capitulũ dico ẽ pauptas: in q̃ celebrat diuina ele/ctio: ſicut dicit hic. Itẽ lucerna eſt qua fit veroꝝ amicoꝝ ꝓ/batio. Propt qđ dicit Grego⁹: ꝙ cũ omis fortuna timenda ſit: magis tñ timẽda eſt ꝓſpera q̃z aduerſa. Et hui⁹ ratio eſt: qz in ꝓſpera non poſſunt agnoſci veri amici: in aduerſa vero cognoſcunt. Eſt enĩ amicus ſocius mẽſe: & iſte non ꝑmanet ĩ tpe neceſſitatis: Eccĩ.vj.b. Itẽ amicus ſocius fortune: q̃ non

Ouidi⁹.1. Triſtiũ ꝑmanet ſimilit tpe pauptatis. De q̃ poeta. Donec eris felix multos numerabis amicos: Tẽpa ſi fuerint nubila ſol⁹ eris. Et Señ. Uel muſce/ lupi cadauera/ ꝑdam ſequit turba hec non hoiem. Itẽ caſtrũ ſecurũ eſt: vbi nõ eſt hoſtiũ incurſio. Uñ dicit Señ. ꝙ pauptas eſt bonum odibile. Ecce ꝙ nullus impetit pauperẽ pro caſtro hoc auferendo. Ualde diligendũ eſt bonũ qđ nullus impetit: qđ nullus calũniat: cui nullus in/uidet. Itẽ camera quieta ẽ/ vbi nulla ẽ ꝑturbatio. Uñ Eccs. v.c. Dulcis ẽ ſomn⁹ opanti.i. pauperi q̃ laborat manib⁹ ſuis: diuites eñ nõ laborant: ſiue parũ ſiue multũ comedat. Et ꝑ ꝯtrariũ dicit in eodẽ. Saturitas diuitis non ſinit eũ dormi/re. Itẽ prima diſcipula fuit ꝑdicationis chriſti: & ꝑma paro/chia eius.ĩ.lxj.a. Spũs dñi ſup me eo ꝙ vnxerit me: ad an/nunciãdũ mãſuet: miſit me. Ibi dicũt ſeptuaginta: Euãgeli/care paupib⁹ miſit me. Uñ Mat.xj.a. Paupeſ euãgeliçant. Itẽ primã medicinã et curã ſubit veri medici.i. dei. Unde.ĩ.lxj.a. Ut mederer ꝯtritos corde: & ꝑdicarem captiuis indul/gentiã: & clauſis apertionẽ. Itẽ ipſa ſola eſt hoſpita ſpũſſcti. ĩ.lvij.c. In ſancto habitat & cũ contrito & humiliato ſpũ: vt viuificet ſpiritũ humiliũ: & viuificet cor contritoꝝ. Et.ĩ.vlt. a. Ad quẽ aũt reſpiciã niſi ad paupculũ & contritũ ſpiritu: et trementẽ ſermones meos: Alia littera. Sup quez requieſcet

Pſ.9. ſpiritus me⁹ &c. Itẽ qz ipſa eſt ꝓprie ſub tutela dei. Pſ. Ti/bi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor. Item qz

Pſ.67. ſola eſt cõmẽſalis chriſti. Pſ. Paraſti in dulcedine tua pau/peri deus. Unde Luc.xiiij.c. leguntur ſolũ introducti pau/

peres: ceci & claudi ad cenã dñi. Paupertas eligenda eſt: qz chriſt⁹ eam elegit. Pſ. Elegi abiect⁹ eſſe ĩ domo dei mei &c. Btũs Berñ. Hãc elegit de⁹: ergo eligẽda eſt. Pauptas eli/genda eſt: quia chriſtus exauditor ẽ pauperũ. Pſ. Iſte pau/per clamauit & dñs exaudiuit eũ. Eligẽda eſt: qz facit hoiem ſeipſũ cognoſcere. Gal/lina in autumno non videt ſe: in hyeme vi/det ſe: fortuna ꝓſpera erea. Iob. xxxvj.a. Si fuerint in catenis et vinciant funib⁹ pau/pertatis/ indicabit eis opera. Eligẽda eſt: qz ꝑma eſt int ꝟtutes in ſermõe dñi: Mat.v.a. Beati pauꝑes ſpũ. Eligẽda ẽ: qz ꝑfe/ctum facit. Matth.xix.c. Si vis perfectus eſſe: vade et ven/de oia que habes et da pauperib⁹. Eligenda eſt: quia nabu/çardan diuites captiuauit: ſolos pauꝑes dimiſit ĩ iudea. Eli/genda eſt: quia liberat a curis. Tob.v.d. Nũq̃ fuiſſet pecu/nia iſta pro qua miſiſti eum. Greg⁹. ſuper Luc.xvj. Si qua reꝓhẽſibilia ĩ pauperib⁹ cõſpicim⁹/ non debem⁹ deſpicere: qz fortaſſe quos morum infirmitas vulnerat: hos medicina pau/pertatis ſanat. a Propter me faciam vt nõ blaſphe/mer. Ezech.xx.c. Propter nomen meum hoc feci vt non violaretur in gentibus. c Et gloriam meam alteri nõ dabo.S.xlij.b. idem. Gloria dei eſt cõuerſio peccatoꝝ. Ro/ma.iij.d. Omẽs peccauerunt & egent gloria dei. d Audi me iacob: id ẽ laice vel ſecularis. e Et iſrael quẽ ego voco: id eſt clerice vel clauſtralis. Uocat autem dñs primo ad abluendum. Oſee.xj.a. Ex egypto vocaui filium meum: vt ſcilicet ablueret manus a malo opere. Deinde vocat ad co/medẽdũ. Luc.xiiij.d. Homo quidam fecit cenam magnam et vocauit multos: et miſit ſeruum ſuũ hora cene dicere inui/tis vt venirent. Sed quidam excuſauit ſe/ quia villam emit: in quo ſignificant illi quos ſuperbia retardat: In emptione enim ville/ ambitio dominij deſignatur. Quidam vero/ quia vxorem duxit: in quo ſignificant illi quos luxuria ligat. Qui/dam vero/ quia iuga boum q̃nq; emit: in quo ſignificant illi quos auaricia procraſtinat. Ecce omnia impedimenta eorũ qui ad cenam non veniũt. Unde verſus. Uxor/ villa/ boues

Verſus cenam vetuere vocatis. Mundus/ cura/ caro/ celum clauſere renatis. Quia omne qđ eſt in mundo: aut eſt concupiſcentia oculorum: aut ꝯcupiſcentia carnis: aut ſuperbia vite.ĩ. Ioh. ij.c. Hiere.xxxv.d. Uocaui eos & non reſponderunt mihi. Geñ.iij.b. Uocauit dñs adam et dixit: Ubi es: Iob.xix.c. Seruum meum vocaui: & non reſpondit mihi. g Egoip/ſe: ego primus: vt ſciat omnis homo datam ſibi a me vi/tam nature. i Et ego nouiſſimus: vt expectet a me vi/tam glorie. k Manus quoq; mea fundauit terram et dextera mea menſa eſt celos. Ecce dñs terrenis: id eſt peccatoribus ponit fundamentũ per penitentiam: ſed ce/lis: id eſt celeſtibus ponit menſuram per humilitatem. Iob xxxviij.a. Ubi eras quando ponebã fundamenta terre: Gre/go⁹. Recole vbi te inueni & eris humilis. Et quia homo etiã de bonis ſuperbit/ menſurã profectibus ponit: vt per ea que deſunt/ ſeruentur humiliter que aſſunt. o Ego vocabo eos: id eſt viros celeſtes ad iudicium tanq̃ aſſeſſores meos et iudices aliorum. p Et ſtabunt ſimul/ in conformita/te voluntatum: volentes idem qđ ego: volentes vnum & idẽ vnus qđ alius. q Congregamini oẽs vos/ peccõres ante tribunal chriſti vel in eccleſiam.S.xlv.d. Congregami/ni & venite: & accedite ſimul. Iohel.j.c. Congregate ſenes & omnes habitatores terre ĩ domũ dei. r Et audite quis de eis ãnunciauit hec: ſcilicet vt ſimul cõgregandi eſſet ad iudiciũ vel in eccleſiam peccatores: q.d. Solus dñs. Et quia hic mentionem fecit de iudicio: ſubdit de filio: cui pater omne iudicium dedit: Ioh.v.d. dicens: v Dñs dilexit eum: id ẽ pater filiũ dilectiõe eterna/ ante mũdi ꝯſtitutionẽ: et dilectione creata/ quo ad humanitatem. Oſee.xj.a. Puer ※ iſrael & dilexi eum.

Quare pau/ptas eligẽda
Pſ.83.
Pſ.33.
C

id eſt cyrum: id eſt ſignū dilectionis ei oſtendit in gentiū ſub/iugatione: Et ſunt modo ꝟba ꝓphete. a Faciet voluntatem ſuam in babylone: quia capiet eam ⁊ liberabit iudeos. b Et brachiū ſuū/ erit ſupple. c In chaldeis: id eſt contra chaldeos: quia interficiet eos. d Ego ego: q̄ſi ego non alius. e Locutus ſum/ ō cyro per ꝓphetas. f Et vocaui eū/ proprio noīe anteꝙ̄ naſceretur. g Adduxi eum/ ad regnū: vl' ab oriente contra babylonios. h Et directa eſt via eius. Hiero⁹. Uſqꝫ huc poteſt exponi de cyro et non vltra: quia ipſe fuit idolatra: ⁊ pręcipue in fine ꝯtra dñm fecit. Tñ poteſt exponi ſic: Directa eſt via eius: non quo ad oīa: ſed quo ad q̄dam: vel non quo ad intentionē quā malam habuit: ſed quantum ad hoſtes quos dñs per eum extermīare decreuit/ quaſi ꝓſperata eſt via eius. i Accedite ad me. Uerba ſūt domini ad iudęos. k Et audite hec/ quę dico. l Nō a principio in abſcōdito locut⁹ ſum: Quaſi in pncipio qñ cępi loqui vobis in monte ſina: Exo. xx. non ſum locutus occulte ſed aperte: Multi eni audierūt quę moyſi in monte ſina locutus ſum: et ſimiliter ſupple modo plane loquor ꝑ ꝓphetas: vnde debetis credere mihi. m Ex tpe. i. ab initio/ imo ſine initio. n Anteꝙ̄ fierent/ omīa quę facta ſūt. o Ibi eram/ cum patre pręſciens ⁊ ꝓuidens quę facienda erant. Uel/ n Anteꝙ̄ fierent/ legis datio ⁊ liberatio de ęgypto: o Ibi eram: in ſina/ per eſſentiam/ per pręſentiā/ per potentiam. q. d. nō credatis ꝙ hoc fuerit phantaſma qḋ ego locutus ſum ibi/ ſed veritas. p Et nūc dñs de⁹/ pater/ q Miſit me/ ad liberādū iudęos de babylone. r Et ſpiritus eius. i. ſpūſſanctus. Et ſunt verba filij ꝓprie: licet eni tota trinitas operata ſit liberationē pręḋictam: tñ ꝓprie attribuit̃ filio: q2 liberatio illa ſignū fuit ⁊ figura redemptionis humani generis: quā etſi tota trinitas fecerit: ſolus tñ filius miniſterio eam fecit: vnde ꝓpter figuram liberatio iudęoꝝ de babylone ei aſcribit̃. s Hec dicit domin⁹ redemptor tuus/ de captiuitate. v Sanctus iſrael. i. ſanctificans iſrael. x Ego dñs deus tuus docens te vti/lia/ legem ⁊ meam: ⁊ cultum meum: Exo. xx. qḋ non faciunt idola: quę penitus ſunt inutilia. y Gubernans te ī via qua ambulas. i. ducatū tibi ꝓbens in via q̄ exiēs de ęgypto ambulaſti: ꝓtegēs te ⁊ ducēs in colūna nubis per diē: et in columna ignis per noctem: Exo. xiij. d. Uel ſic: x Ego dñs deus tuus docens te vtilia/ vt cultui meo adhęreas ⁊ dimittas idola. y Gubernās te in via q̄ ambulas. i. in via q̄ in captiuitatē vadēs ambulas/ etiā gubernās. Et ſic eſt ꝓmiſſio reductionis de captiuitate. q. d. ego regā te etiā in captiuitatē euntē: et per hoc certus ſis ꝙ reducā te. z Utinā attendiſſes/ o iſrael. Et loquit̃ more humano. a Mandata mea/ q̄ ꝓcępam tibi per moyſen ⁊ ꝓphetas.

Al. ⁊ moyſi

Myſtice ⁂ Facta fuiſſet ſicut iſrael ⁊ dilexi eū. Et Matth. xvij. a. Hic eſt fili⁹ meus dilectus. a Faciet volūtatē ſuam in babylone: vel in ꝓſenti per ꝯuerſionē a peccato: vel in futuro per punitionem in inferno. De pⁱma volūtate dicit̃ Ezech. xviij. e. Nūq̄d volūtatis meę eſt mors impij dicit dñs: ⁊ nō vt cōuertat̃ a vijs ſuis ⁊ viuat. j. Pet. ij. c. Sic eſt voluntas dei vt bñfaciētes obmuteſcere faciatis imprudentiū hominū ignorantiā. De ſecūdo Job. ix. b. Deus cui⁹ irę nemo reſiſtere pōt. b Et brachiū ſuū in chaldeis. i. potentiā ſuā in dęmones exercebit. ſ̄. xliij. c. Propt̃ vos emiſi ī babylonē: ⁊ detraxi vectes vniuerſos: ⁊ chaldęos ī nauib⁹ ſuis gloriātes. d Ego ego locut⁹ ſum/ de filio dicit pater ꝑ ꝓphetarū pręnūciatione. f Et vocaui eū/ ꝑ ꝓdeſtinationē. g Adduxi

a rit eum: faciet voluntatem
b ſuam in babylone/ et brachi
c d um ſuum in chaldeis. Ego
e ego locutus ſum et vocaui
f g h eum: adduxi eum et directa
i eſt via eius. Accedite ad
k l me: et audite hec. Non a prin
cipio in abſcondito locutus
m n ſum. Ex tempore anteꝙ̄ fie/
o p rent/ ibi eram: et nūc dñs de
q r us miſit me et ſpūs ei⁹. Hec
s t dicit dñs redemptor tuus
v x ſanct⁹ iſrl': Ego dñs de⁹ tu⁹
y docens te vtilia: gubernās
te in via qua ambulas. Uti/
z a nā attēdiſſes mādatā mea:

eū/ ꝑ incarnationē. h Et directa ē via ei⁹/ in oīb⁹ ꝑ bonoꝝ operū executionem. Uñ. j. Pet. ij. d. Qui pctm̄ nō fecit nec inuent⁹ ē dolus in ore ei⁹. i Accedite ad me/ ꝑ fidē et pniam. k Et audite hec/ ꝑ obedientiā. l Non a pncipio ī abſcōdito locut⁹ eſt. ſ̄. xlv. c. Nō in abſcōdito locutus ſum. Joh. xviij. d. Palā locutuſ ſum mūdo: ⁊ in occulto locutus ſum nihil. m Ex tpe anteꝙ̄ fieret/ creaturę mūdi. o Ibi erā/ in delitijs paradiſi/ in potiorib⁹ bonis pris. Prouer. viij. c. Ab eterno ordinata ſum et ex antiquis anteꝙ̄ terra fieret: nōdū erāt abyſſi ⁊ ego iā concepta erā. p Et nūc dñs de⁹/ pat: q Miſit me/ ad incarnādū/ ad patiendū/ ad reſurgēdū/ ad redimendū ꝑditos/ ad ſoluēdū vinctos/ ad reducēdū fugitiuos/ ad ſanandū ęgrotos/ ad docēdū ignaros/ ad reſuſcitandum mortuos. r Et ſpūs eius. i. ſpūſſanct⁹. Ecce q̄d fecit chriſt⁹ ꝓ homine. Pro hoīe eni tantū humiliat⁹ ē/ vt mitteret̃ a ſpūſancto ſm humanitatē: q̄ mittit eū ſm diuinitatē. s Hec dicit dñs/ quē debes timere. t Redēptor tuus/ quē debes diligere. v Sanct⁹ iſrael/ quē debes imitari ⁊ in quē etiā debes confidere. x Ego dñs deus tuus docens te vtilia: pietatem/ fidem/ caſtitatem/ charitatem/ ⁊ prouidentiam. De primo dicitur. j. Timoth. iiij. c. Pietas valet ad omnia habens promiſſionē vitę quę nunc eſt ⁊ futurę. De ſecundo/ Act. xx. d. Uos ſcit' quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtilium quo minus annūciarē vob ⁊c. De tertio. j. Cor. vij. f. cū paulus loqueretur de cōtinentia/ ait: Porro hoc ad vtilitatem veſtram dico: non vt laqueum vobis iniiciam: ſed ad id qḋ honeſtum eſt: et qḋ facultatem prębeat ſine impedimento dñm obſecrandi. De quarto. j. Cor. x. g. Ego ꝑ omnia omnibus placeo: non quęrens qḋ mihi vtile eſt ſed quod multis vt ſalui fiant. De quinto. ij. Timoth. iiij. c. Marcū aſſume ⁊ adduc tecum: eſt enim mihi vtilis. y Gubernans te in via qua ambulas. Prouerb. xvi. b. Cor hominis diſponit viam ſuam: ſed dñi eſt dirigere greſſus eius. Itē Prouerb. iij. a. In omnibus vijs tuis cogita illū: ⁊ ipſe diriget greſſus tuos. Hiere. x. d. Scio dñe ꝙ non eſt hominis via ei⁹: nec viri ē vt ambulet ⁊ dirigat greſſus ſuos. z Utinam attēdiſſes mādata mea. In hoc notant̃ duo: Diuina pietas: ⁊ noſtra ꝑuerſitas. Noſtra ꝑuerſitas ex h̄ dat̃ intelligi ꝙ nō attendim⁹. Diuina pietas ī hoc ꝙ optare oſtēdit ſalutem noſtram. Non eni eſt deus vt inuidi: qui gaudent cū alij delinquūt: vt reſpectu eoꝝ appareāt boni. Uñ Roma. iij. a. Si aūt iniq̄tas nr̄a iuſticiā dei cōmēdat: q̄d dicem⁹? Nunquid iniquus eſt deus qui infert iram? Itē non eſt deus vt ſuperbi ⁊ crudeles ꝓlati: q̄ lętant̃ in trāſgreſſionib⁹ ſubditoꝝ: vt dñiū ſuū oſtētare poſſint/ vel delinquētes acerbe punire. Cōtra qḋ dicit paulus. ij. Cor. vlt. c. Gaudem⁹ eni qm̄ nos infirmi ſum⁹: vos aūt potētes eſtis: h̄ ⁊ oram⁹ vr̄aꝫ ꝯſūmationē. Itē nō eſt de⁹ vt pⁿceps ⁊ iudices ꝑuerſi: q̄ gaudēt de tranſgreſſiōib⁹ hominū: vt burſas ſuas de emēdis accepts implerant. ſ̄. x. a. Uę q̄ condūt leges iniquas/ ⁊ ſcribētes iniuſticias ſcripſerūt vt opꝓmerēt in iudicio paupes: ⁊ vim facerēt cauſę humiliū populi mei: vt eſſent viduę pręda eoꝝ: ⁊ pupillos diriperent. a Mandata mea: quę facilia/ honeſta/ ſecura et vtilia ſunt. Facilia. Mat. xj. d. Jugum enim meum ſuaue eſt: ⁊ onus meum leue. Honeſta. Sap. viij. d. In operibus manuū illius honeſtas ſine defectiōe. Unde Agatha. Sūma ingenuitas iſta eſt in qua ſeruit⁹ chriſti comprobat̃. Eccl. xxiij. d. Gloria magna eſt ſequi dñm. Pſ. Ut faciant in eis iudiciū ꝯſcꝓtū: gl'ia hec ē oīb⁹ ſctis ei⁹. Itē ſecura ſūt. ſ̄. x. f. Noli timere pp̄ls me⁹ h̄itator ſion ab aſſur. Sion eni interpretat̃ cuſtodiēs mādatū. Ecce ꝙ cuſtoditio ꝓceptoꝝ fac ſecuritatē. Utilitas

Et. ⁊ deus

B

Pſ. 149.

a facta fuiſſet ſic flumen pax
b tua: et iuſticia tua ſicut gur-
c gites mar. Et fuiſſet q̃ſi are-
d na ſemen tuũ: et ſtirps vteri
e f tui vt lapilli eiꝰ. Non inter-
g iſſet et non fuiſſet attritum
h nomen eiꝰ a facie mea. Egre
i k dimini de babylone: fugite
l m a chaldeis. In voce exulta-
n o tionis annũciate: auditũ fa-
p cite hoc: et ferte illud vſq̃
q r ad extrema tre. Dicite: Re
demit dñs ſeruum ſuum ia-
s cob. Non ſitierunt in deſer-
t v to cum educeret eos: aquã
x de petra produxit eis: et ſci-
y dit petram ⁊ fluxerũt aque.
z Non e pax impijs dic dñs.

a ¶ Facta fuiſſet ſicut flumen pax tua .i. abundans et copioſa ⁊ continua: ſicut flumen cõtinue currit. b ¶ Et fuiſſet ſupple iuſticia tua: ſic gurgites maris .i. huc illucq̃ redundans: ſicut gurges maris reflectit ⁊ redundat. c ¶ Et fuiſſet quaſi arena ſemen tuũ .i. valde multiplicatꝰ fuiſſes in filijs ⁊ filiabus. d ¶ Et ſtirps vteri tui .i. filij et filie. e ¶ Et lapilli eius .i. multi et abundantes vt lapilli arene. f ¶ Nõ iteriſſet / ſemẽ tuũ. g ¶ Et non fuiſſet attritũ nomẽ eius .q.d. nomẽ iſrl' non fuiſſet vile reputatum a me / nec a memoria mea deletum: nec tribus eius captiuitate attrite eſſent. h ¶ A facie mea .i. a terra quã dederã eis: vbi ſtabant in templo: quaſi coram facie mea. i ¶ Egredimini. Vox dñi vel ꝓphete ad iudeos de liberatiõe eorũ q̃ſi eſſet pſens loquẽs ⁊ dicẽtis: Egredimini / o vos iudei: k ¶ De babylone .i. de babylonica captiuitate pmittẽte cyro. l ¶ Fugite a chaldeis .i. a terra chaldeoꝝ. m ¶ In voce exultatiõis: q̃ſi exultãtes ⁊ letãtes exibit'. n ¶ Annũciate / o iudei. o ¶ Auditũ facite hoc .i. liberationem veſtram alijs. p ¶ Et ferte illud vſq̃ ad extrema terre / per nũcios et litteras: vt audiant gentes opera dñi: vel vt audiãt cõcaptiui veſtri liberationẽ veſtrã / et redeãt vobiſcũ. q ¶ Dicite / gentibꝰ vicinis: vel fratribꝰ vr̃is cõcaptiuis. r ¶ Redemit dñs ſeruũ ſuũ iacob .i. de captiuitate liberauit. Vel q ¶ Dicite .i. nũciate fribꝰ vr̃is: r ¶ Redemit dñs ſuũ ſuũ iacob .i. licẽtiã dari fec iudeis de redeundo. Et ne forte crederet aliq̃s ꝙ h dñs facere nõ poſſet / oñdit p ſimile / ꝙ imo: qꝛ i deſto dedit eis aquã de petra i reditu d egypto. Nũeri .xx.b. Vñ dic: s ¶ Nõ ſitierũt i deſto cũ educeret eos / de egypto. v ¶ Aquã de petra ꝓduxit eis / ad litterã: Numeri .xx.b. x ¶ Et ſcidit petram ⁊ fluxerũt aque / de quibus ipſi biberũt. Vel poſſet exponi de futuro: quaſi ita reducet dñs iudeos de captiuitate. s ¶ Et non ſitierũt in deſerto .i. non ſitient. t ¶ Cum educeret eos .i. cum educet de babylone. v ¶ Aquam de petra ꝓduxit eis: ⁊ ſcidit petrã ⁊ fluxerũt aque. Hoc tñ non legitur factum ad litteram: ſed fieri potuit. Vel in hoc notatur ꝙ in nullo ſuſtinuerũt penuriam: ſicut nec q̃ñ dedit eis in deſerto aquam de petra. Vel forte petram vocat gentiles: quos emolliuit dñs vt miſtrarẽt eis neceſſaria: ſicut legit' i Eſdra: ſic erit bonis qui redierint i hieruſalẽ. Sed z ¶ Nõ eſt pax impijs dicit dñs .i. iudeis qui de babylone noluerunt reuerti. Vel hoc poteſt intelligi dictum de chaldeis. Non eſt pax impijs dicit dñs .i. chaldeis nõ erit pax .q.d. nõ ſolũ vos liberabo de captiuitate: ſ etiã hoſtes vr̃os deſtruã.

Myſtice ✻ ſecuritatẽ. Vtilitas autem ꝓceptorũ notat' in hoc qḋ ſequit': a ¶ Facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. Et tangunt' hic quattuor vtilitates. Prima ẽ perpetua recõciliatio ad deũ: cum dicit': Facta fuiſſet ſicut flumen: qḋ continue ⁊ copioſe fluit et quaſi ppetuo / pax tua. Secũda: ꝓfectus in ſe ipſũ: cum dicit': Et iuſticia tua ſicut gurgites maris: qui huc atq̃ illuc reflectit' ⁊ redundat ⁊ ꝓficit. Tertia / edificatio ꝓximoꝝ / cum dicit': Et fuiſſet q̃ſi arena ſemen tuũ: et ſtirps vteri tui vt lapilli eius. Quarta eſt etiam ad malos nomen bonũ: cũ dicit': Nõ interiſſet ⁊ nõ fuiſſet attritũ nomẽ eius a facie mea. De pmo dicit' Sap. vj. c. Concupiſcẽtia itaq̃ ſapiẽtie deducit ad regnũ perpetuum. De ſecũdo / Sap. viij. b. Sapiã ſobrietatẽ ipſa docet ⁊ iuſticiam ⁊ virtutem: qua nihil eſt vtilius in vita hoibus. De tertio / Zach. iij. c. Si in vijs meis ambulauerꝭ: ⁊ cuſtodiã meã cuſtodierꝭ: tu q̃z iudicabis domũ meã ⁊ cuſtodies atria mea: ⁊ dabo tibi ambulãtes de his q̃ nũc hic aſſiſtunt. De quarto dicit' Sap. viij. b. Habeo ꝓpt' hãc .i. ꝓpt' ſapiam claritatẽ ad turbas. E cõtrario aũt onera diaboli grauia ſ't ⁊ difficilia: inhoneſta et vilia: timida: infructuoſa ſeu inutilia. De pmo dr Sap. v. b. Laſſati ſumꝰ in via iniq̃tatꝭ ⁊ pditiõis. Et .ij. Paral. xij. b. Seruiẽt ei vt ſciãt diſtãtiã ſeruitutꝭ mee ⁊ ſeruitutꝭ regni terrarũ. Nec mirũ ſi graue ẽ onꝰ diaboli: qꝛ corpus vulnerat ⁊ naturã: ⁊ aiaz necat tollẽdo grãm. Vñ Lucꝭ .x.c. Hõ quidã deſcẽdebat a hieruſalem in hiericho ⁊ incidit in latrones: q̃ etiã deſpoliauerũt eum / q̃ ad gratuita: ⁊ plagis impoſitꝭ / q̃ ad naturalia: abierũt ſemiuiuo relicto. Ecce ꝙ grauia ſũt. Itẽ vilia ⁊ inhoneſta ſũt. Vñ Roma. vj. d. Quẽ fructũ habuiſtꝭ tũc i his: in q̃bꝰ nũc erubeſcitꝭ: Nec mirũ: qꝛ ſeruire facit diabolus i luto ⁊ palea: vt dicit' Exo. v. Item timida ſũt vel terrorẽ incutientia. Sap. xvij. c. Cũ ſit timida nequitia: data ẽ in omniũ ꝯdẽnationẽ. Itẽ inutilia ſiue infructuoſa: vt dictũ ẽ Ro. vj. d. Quẽ fructũ ⁊c. Iſtud tñ: Iuſticia tua ſic gurgites marꝭ: põt exponi i malo de ꝑuerſis iudicibꝰ: q̃rũ iuſticia ſic mare .i. amara ẽ. Vñ cõq̃rit' ionas: q̃ interpta' dolens: ⁊ gerit typũ pauperꝭ. Oẽs gurgites tui ſuper me trãſiert: Ione .ij. b. d ¶ Et ſtirps vteri tui ſic lapilli eiꝰ .i. lapilli arene q̃ ſterilis ⁊ infructuoſa ẽ. Tales ſunt moderni canonici .i. pueri. Nõ ſic erat antiq̃ꝰ: imo magni ⁊ etate ⁊ vita ⁊ ſcientia erãt in eccleſia. Vñ .iij. Regꝭ .v.d. precepit rex vt tollerẽt grãdes lapides in fundamẽtũ templi. Sz excuſare ſe poſſunt plati dicẽtes: ꝙ pcioſi lapides ſũt parui. Verũ eſt / ſ nõ ꝯuertit': ſi parui ſũt ꝙ pcioſi ſint. i ¶ Egredimini de babylone. Hoc dicit' pctõribꝰ ꝯuertendis vt exeant de ꝯfuſione pcti: in q̃ eſt ignominia vilitatꝭ: difficultas grauitatꝭ: horror timiditatꝭ: vanitas infructuoſitatꝭ. Sed qꝛ nõ ſufficit deſerere pctm̃ / niſi etiã deſerant ꝯſortia pctoꝝ: Iõ ſubdit': l ¶ Fugite a chaldeis .i. a cõſortio maloꝝ. Corrũpunt enĩ mores bonos colloquia mala .j. Corꝭ .xv.d. Multo magꝭ mores aſſuetos malis. De h exitu dr Hiere .l.b. Recedite de medio babylonis: nõ tñ de fine: ⁊ de terra chaldeorũ. Et .lj.a. Fugite de medio babylonis: vt ſaluet vnuſq̃ſq̃ aiaz ſuã .j. lij.c. Recedite / recedite / exite inde: pollutũ nolite tangere: exite de medio eius. Sed quia hoc totum amittitur per ingratitudinẽ: Idcirco ſubditur: n ¶ Annũciate / auditũ facite hoc: ⁊ ferte illud vſq̃ ad extrema terre. Vnde cuidam volenti ſequi dñm: quem dñs curauerat: non eſt conceſſum: ſed dictum eſt ei: Vade ⁊ annũcia quanta fecit tibi deus: Marcꝭ .v.b. Apocꝭ .vltꝭ .d. Qui audit dicat veni. Lucꝭ .xj.e. Nemo lucernam accendit ⁊c. q ¶ Dicite: Redemit dñs ſeruũ ſuũ iacob .i. referte gratias dño de h ꝙ vos redemit p ſanguinem filij: ⁊ recepit ad miſericordiam. s ¶ Non ſitierunt in deſerto / conuerſi ad fidem: quia habent fontes ſcripturarum. Moraliter. Hoc ẽ contra clauſtrales cupidos: qui ſemper timẽt mori fame in religione .S. v.d. Multitudo eorum ſiti aruit. Hiere .ij.e. Prohibe guttur tuum a ſiti. t ¶ Cum educeret eos: aquam de petra produxit eis. Petra chriſtꝰ ẽ .j. Corꝭ .x.a. De qua ꝓduxit dñs aquam de latere eius: in ablutionem peccatoris et mẽſtruate: Zach. xiij.a. x ¶ Et ſcidit petram .i. latꝰ chriſti in paſſione. y ¶ Et fluxerunt aque / ſacramentorum. Item ſcindit dñs petram: quando durus peccator conterit': et tunc fluunt aque lachrymarum. z ¶ Non eſt pax impijs dicit dominꝰ. Pax peccatoris nec eternitatis: tñ eis pax eſt frequenter temporis ⁊ proſperitatis. Iob. xxj.d. Domus eorum ſecure ſunt et pacate: et non eſt virga dei ſuper eos .j. lvij.d. Nõ eſt pax impijs dicit dñs. Hiere. xij.c. Nõ eſt pax vniuerſe carni .i. carnalibus.

[margin:] Al. ✝ eſſente  
[margin:] j. 57. d.  
[margin:] Moraliter

Audite inſule ⁊ attendite

**A** Audite inſule ⁊ attendite ppli de longe. Adhuc agit de reuerſiōe iudeoꝝ. Et diuidit capitulū hoc ī duas partes. In pⁱma pte ponit chirograph᷒ cyri quē ipſe iudeis diſpſis vbiqꝫ miſit vt ipſi redirent in hierl'm. In ſcōa pte agit de pſperitate reuerſoꝝ: ibi: Sup vias paſcent. Cōprehēdit aūt hec pſperitas in q̄ttuor. Timebant enī iudei vie difficultatē: reuertētiū paucitatē: ⁊ vicinarū gentium impugnationē: ideo pmittit eis vie leuitas: ibi: Sup vias paſcent. Scōo reuertētiū pluralitas: ibi: Ecce iſti de longe venient. Tertio vicinarū gentiū auxiliū: ibi: Ecce leuabo ad gētes. Quarto hoſtiū rebelliū deſtructio: ibi: Nunq̄d tollet a forti p̄da? In pⁱncipio ḡ ponit chirograbū cyri. Cyrus enī audiens pphetatū fuiſſe de eo: q̄ p ipſum debebat fieri liberatio iudeoꝝ: mādauit oīb᷒ iudeis vt redirēt in hieruſalē ad ſeruiēdū dño. Et ecce chirograph᷒ ei᷒:

A

a b c d e f **Audite in**ſule ⁊ attēdite ppli de longe: Dñs ab vtero vocauit me: de vētre mrīs mee recordat᷒ ē noīſ mei: Et poſuit os meū q̄ſi gladium acutū: g h i

**(Ca. XLIX)**

a Audite inſule / dicit cyrus ī lrīs ſuis. i. vos q̄ habitatis ī inſulis. b Et attēdite ppli delonge. i. vos longinq̄ ppli q̄ eſtis diſpſi in longinq̄s regionib᷒. d Dñs ab vtero vocauit me. i. anteq̄ꝫ naſcerer impoſuit mihi nomen. s. xlv. a. Hec dicit dñs chriſto meo cyro. g De vētre matris mee recordat᷒ ē nois mei / p eſaiā. i Et poſuit os meum quaſi gladium acutum. i. verba mea cominatoria fecit timeri a gentib᷒ ſicut timetur gladius acut᷒.

☞ In vmbra man᷒ ſue

Aliter Scōm andreā aūt verba ſunt eoꝝ q̄bus dictū eſt. s. primo: Annūciate: auditū facite hoc / annūciantiū alijs bñficia dñi et dicentiū: a Audite inſule. i. vos q̄ habitatꝭ ī inſulis. b Et attēdite ppli delonge. i. gentes longe habitātes. d Dñs ab vtero vocauit me / dicit pplꝭ iudeoꝝ. i. a pⁱma pene origine mea. i. in abraam elegit me in pplm ſibi. Vel ab vtero mrīs mee elegit me p iacob a q̄ deſcendi: quē in ventre mrīs elegit dñs eſau reprobato. g De vētre mrīs mee recordatus eſt nominis mei. Idē eſt. i Et poſuit os meum quaſi gladium acutum. i. orationib᷒ meis efficaciam dedit: q̄b᷒ orante moyſe amalech iugulat᷒ interijt. Exo. 17. c.

☞ In vmbra man᷒

Myſtice de ſctō iohanne baptiſta Myſtice a Audite inſule ⁊ attēdite ppli delonge: verba poſſūt eſſe iohānis baptiſte / monētis vt aduentū chriſti ſuſcipiant. Et vt meli᷒ ſibi credat / ponit pphēta in pſona ei᷒ / q̄ a ventre mrīs ſit elect᷒ a deo: et ī vtero ſctificat᷒ / dicēs: Audite inſule: ⁊ attēdite ppli delonge. i. vos iudei habitātes pcul ⁊ ppinq̄ audite. d Dñs ab vtero vocauit me. i. miſtrū et pconē ſibi elegit. g De vētre mrīs mee: recordat᷒ ē nois mei. Nomē iohānis grā eſt: Iohānes eīn iterptat grā. Hui᷒ nois recordat᷒ ē dñs: q2 ī vētre mrīs ſue iohāni īfudit graꝫ: ⁊ eū ab originali mūdauit. i Et poſuit os meū q̄ſi gladiū acutū: q2 iohānes ſcribis et phariſeis nō parcebat: ſ; icrepabat eos audact dicēſ: Progenies viperaꝝ q̄s docuit vos fugere a vētura ira? Mat. iij. b.

☞ In vmbra man᷒

Myſtice de chriſto Poteſt aūt exponi de chriſto. d Dñs ab vtero vocauit me / dicit chriſt᷒. i. nomen ieſus imponi mihi fecit. Luc. j. c. Vocabis nomen eius ieſum. g De vētre mrīſ mee recordat᷒ eſt nois mei / pater: quia per me ſalutē fieri gentib᷒ pmiſit: qḋ ſignificat nomē meū. Vñ Matth. j. d. Ipſe enī ſaluū faciet populū ſuū a peccatis eorum. i Et poſuit os meū quaſi gladiū acutū: quia nō venit chriſt᷒ pacem mittere in terrā ſed gladiū. i. malos ſepare a bonis. Vñ Apoc. j. d. et. xix. c. dr̄ / q̄ ex ore ei᷒ exibat gladius ex vtraqꝫ pte acut᷒: vt. s. ſpū oris ſui interficiat impiū. ij. Theſſal. ij. b. Matth. 10. d.

☞ In vmbra man᷒

Moraliter Moralit aūt iſta vba p̄lato ɔueniūt. a Audite inſule. i. iuſti fluctib᷒ tribulationū cōcuſſi. b Et attēdite / exempla: c Populi de longe. i. pctōres q̄ longe eſtis a deo in regione diſſimilitudis. Hoc debet dicere p̄lat᷒ ſiue p̄dicatoꝛ / tam iuſtis q̄ꝫ peccatorib᷒ vt attēdāt ad verba ⁊ exempla eius. Ro. j. b. Sapientib᷒ ⁊ inſipiētib᷒ debitoꝛ ſū. Predicatoꝛ eīn debet ad min᷒ hec duo ſubditis: verbū. s. ⁊ exemplū. Vel / a Audite / aure corpis. b Et attēdite / aure cordis. s. xlviij. d. Utinā attēdiſſes mādata mea: facta fuiſſet q̄ſi flumē pax tua. Ecc̄j. xxxij. d. Qui credit deo attēdit mādatꝭ: q̄ q̄ nō attēdit nō credit. Subdit aūt multa q̄ ɔueniunt p̄lato pp̄t q̄ audiēdus eſt ⁊ attendendus. Primū eſt canonica electio: q̄ notat h cū dr̄: Dñs ab vtero ⁊c. Secūdū eſt efficax p̄dicatio ⁊ oīo: qḋ notat: ibi: Poſuit os meū q̄ſi gladiū acutū. Tertiū ē bona opatio et ſancta cōuerſatio: qḋ notat: ibi: In vmbra manus ſue ptexit me. Quartū eſt ſui ad ſe reuerſio: qḋ notat: ibi: In pharetra ſua abſcōdit me. Quītū qḋ ptinet ad deū ē teſtimoniū quo de᷒ teſtificat ſpiritui nr̄o q2 filij ei᷒ ſum᷒: qḋ notatur: ibi: Et dixit mihi ⁊c. Dicit ḡ: d Dñs ab vtero vocauit me. Dñs / nō diabol᷒: f Vocauit me: nō ingeſſi me: e Ab vtero. i. de gremio eccl̄ie canonice aſſūpt᷒: non aliūde p violētas p̄ces intruſus. Ps. Suſcepiſti me de vtero mrīs mee. i. approbaſti pmotionē meā: imo tu etiā eā feciſti. Vñ Ps. alibi: Tu es q̄ extraxiſti me ḋ vētre: ſpes mea ab vberib᷒ mrīs mee / ī te piect᷒ ſū ex vtero. Felix p̄lat᷒ q̄ ſic pōt dicere q̄ extract᷒ ſit a dño de vētre. i. de gremio eccleſie aſſumpt᷒ in p̄latū / ꝫ pꝛiā volūtatē et coact᷒. Sed hodie nō extrahunt de vtero a dño: imo ex pꝛio appetitu tam impetuoſe exeūt de vtero eccleſie / vt mrēm dirūpāt p lites ⁊ ſchiſmata ⁊ appellatiōes: ⁊ ideo compant vipere: q2 vipera vi parit ⁊ mrēm occidit in partu. Mat. iij. b. Progenies viperaꝝ q̄s demōſtrauit vobis fugere a vētura ira? Sed q2 ſūt multi ī vtero eccl̄ie mortui: q̄ꝝ vocatio pniti oſa eēt: iō ſbdit: g De vētre mrīs mee recordat᷒ ē nois mei. q. d. ⁊ canonice ḋ vtero ſū vocat᷒ in p̄lationē: ⁊ cū eēē ī vtero. i. ſbdit᷒ / dign᷒ erā electiōe p bonā ɔuerſationē. Alit enī nō pōt eſſe bon᷒ p̄latus de facili / q̄ nō fuerit bon᷒ ſubdit᷒. Chryſ. Bon᷒ mgr militū / niſi pⁱus bon᷒ miles fuerit nūq̄ꝫ erit. Et h ē qḋ dr̄ h: De vētre mrīs mee. i. anq̄ꝫ naſcerer ī p̄lationē / dū erā. s. in ventre: b Recordat᷒ ē nois mei. i. dedit mihi bonā vitā p quā habui bonū nomē. i. famā bonā. Prouerb. xxij. a. Melius eſt nomē bonū q̄ꝫ diuitie multe. Itē Ecc̄j. xlj. c. Curā habe de bono noīe: hoc enī mag᷑ pmanebit tibi q̄ꝫ mille theſauri magni ⁊ precioſi. Ps. In te ɔfirmat᷒ ſum ex vtero. i. dum eram in vtero tibi adheſi. Item Ps. De ventre matris mee deus meus es tu. i. dum fui ſubditus colui te: ⁊ ideo ne diſceſſeris a me in p̄latiōe. Primū ḡ eſt vt canonic᷒ ſit introit᷒: ⁊ a deo vocat᷒ ſit tanq̄ꝫ dign᷒ / ſicut aaron: Heb. v. a. Secūdū ē vt poſit᷒ in p̄latione efficax ſit in doctrina / ⁊ ī oīone aſſidu᷒: Vñ ſubdit: i Et poſuit os meū q̄ſi gladiū acutū: vt ſermo p̄dicatiōis ſit penetratiu᷒ apud hoīes: ⁊ ſermo oīonis apud deū. De pⁱmo dicit Heb. iiij. c. Viu᷒ eſt ſermo dei et efficax: et penetrabilioꝛ oī gladio ancipiti. Et Zach. ix. d. Ponā te q̄ſi gladiū fortiū: vt. s. fortia ⁊ dura corda penetres. De ſcōo. s. de oīone dicit Ecc̄j. xxxv. d. Oīo humiliāt᷑ ſe nubes penetrabit: ⁊ donec appropinquet nō ɔſolabit: ⁊ nō diſcedet donec altiſſim᷒ aſpiciat: ⁊ dñs nō elongabit. Niſi oīo eēt gladi᷒ / moyſes p̄cib᷒ nō viciſſet amalech: Exo. xvij. c. Iō dauid dr̄ tenerrim᷒ ligni v̄micul᷒. ij. Reg. xxiij. a. Vermiculus enī q̄uis tener ſit ⁊ mollis tangēti: tñ durum lignū penetrat oꝛe corrodēdo: Similit bon᷒ p̄lat᷒ mollis debet eſſe tangenti. i. patiens ɔuitianti ⁊ exprobꝛanti: tñ in oꝛe debet hr̄e vim penetrādi: vt per p̄dicationē duros emolliat: ⁊ in putredineꝫ pnīe ɔuertat: ⁊ p oīonē deū ad miſcdiaꝫ flectat. Iō dr̄. s. xlj. d. Noli timere v̄mis iacob: q̄ mortui eſtis ex iſrl: ego auxiliatus ſū tui / dicit dñs. Et nota q̄ multe ſūt pprietates gladij: ppt q̄s p eū intelligit p̄dicatio. Gladius enī nō nocet tenenti ſi recte teneat / ſed iuuat cōtra hoſtē: ſimilit p̄dicatio ſi manu operatiōis teneat / iuuat contra mūdum / carnem / diabolum. Ps. 138. Ps. 21. Ps. 70. Ps. 21. Proprietates gladij cōuenientes p̄dicationi

✱ Sed q̄ tenet gladiū

Ps.33. miſericors ſum dñs deus tuus.q.d. quia miſericors ſum libenter exaudio miſericordes: quia vt dicit Ecc⁹.xxvij. b. Volatilia ad ſibi ſimilia ꝯgregant̄. Itē Eccl.xiij.c. Omne animal diligit ſimile ſibi. Chryſoſtom⁹. Nihil nos ita ſimiles deo facit: ſicut bene facere: id eſt beneficos eſſe. Luc. vj.f. Eſtote miſericordes: ſicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Itē Eccl.iiij.b. In iudicādo eſto pupillis miſericors vt pater: ⁊ pro viro matri illorum: et eris tu velut filius altiſſimi. Econtra dñs imiſericordes ⁊ crudeles non exaudit. Unde Prouerb.xxj.b. Qui obturat aurem ſuam ad clamorē pauperis: clamabit ipſe ⁊ non exaudietur. Sequit̄: q ¶Si abſtuleris ⁊c̄. Sicut ſupra acturus de fructu elemoſynę pręmiſit de peccati dimiſſione: vt ſcilicet homo relinqueret peccatum: ibi: Diſſolue ⁊c̄. Ita hic eodem modo ꝓcedit: et ea quę dicta ſunt quodāmodo repetit/ vt addat. Locuturus enī de fructu elemoſynę ad ꝓximū: pręmittit de mūdicia cordis vt remoueatur a ſe omne peccatū. Simile.ſ.j.c. Lauamini mūdi eſtote ⁊c̄. Ecce mūdicia cordis. Et poſtea ſubiungit: Subuenite oppreſſo: defendite viduaꝫ ⁊c̄. Ecce opus pietatis. Dicit ergo: Si abſtuleris de medio tui catenam: id eſt conſuetudinē peccati/ ſiue colligationē peccatorū qua diabolus trahit te ad infernum. Unde.iiij. Reg'.vlt.b. nabuchodonoſor occidit filios ſedechię: id eſt opera bona mortificauit: ⁊ oculos eius: id eſt intellectum ⁊ affectum effodit: vinxitq eum catenis: id ē ꝯſuetudine et perplexitate peccati: et adduxit in babylonē: id eſt in ęternam gehennę confuſionem. Hanc catenam fabricat ille faber: de quo.ſ.liiij.d. Ego

Ps.128. creaui fabꝝ ſufflantē in igne prunas. Ps. Supra dorſū meū

Ps.15. fabricauerūt pctōres ⁊c̄. Ecce catena. Ps. Funes pctōꝝ ⁊c̄. Prouer.v.d. Funib⁹ pctōꝝ ſuoꝝ q̄ſq ꝯſtrigit̄. Et dic̄. r ¶De medio tui.i. d corde. Geñ.xxxv.a. Auferte deos alienos q̄

ſunt in medio veſtri

ſunt in medio veſtri.i.in corde. Hiere.vij.g. Poſuerūt offen
dicula ſua in domo in qua inuocatū eſt nomē meū vt pollue/
rēt eam.i.in corde ſuo qḋ eſt domus mea. Itē Hiere.iiij.a.
Si abſtuleris offendicula tua a facie mea nō cōmoueberis.i.a
corde tuo ī quo ego video: qꝛ deus intuet̃ cor.j.Reg.xvj.b.
Oſee.ij.a. Auferat for
nicatiōes ſuas a facie
ſua: ⁊ adulteria ſua de
medio vberum ſuoꝝ:
q.d. peccatū et a facie
debet auferri et a cor/
de. In facie em̄ eſt pec
catū qn̄ alijs apparet.
Unde ſubdit vt pec/

a ⁊ deſieris digitum extēdere:
b et loqui qḋ non prodeſt. Cū
c effuderis eſurienti animā tuā:
d et animā afflictā repleueris:
e orietur in tenebris lux tua: ⁊

catū amoueat̃ a digito opatiōis ⁊ a lingua. Et hoc eſt: a Et
deſieris digitū extendere.i.malū opus ꝓlongare. Hic
peccatū opis tangit̃. b Et loqui qḋ nō ꝓdeſt.i.inuti/
lia ⁊ ocioſa. Hic tangit̃ peccatū locutiōis. Uel ſic ſm̄ Greg̃.
Soluto conſcientie vinculo: deſine iam digitū extendere: vt
indiſciplinatos motus ⁊ inutilia ꝟba dimittas. In extenſiōe
em̄ digiti ⁊ locutiōe q̄ non ꝓdeſt / vaga ⁊ indiſciplinata man⁹
⁊ lingue notat̃ diſſolutio. Exterior em̄ motus indicat ꝙ nulla
interius boni conſilij radice ſſiſtat. Eccī.xix.d. Ex viſu co/
gnoſcit̃ vir ⁊c̄. Uel digitus eſt diſcretio. Digitū ergo exten/
dit ⁊ loquit̃ qḋ nō ꝓdeſt: q̄ ſe de ſciētia extollit: et ipſā ꝓſūpti/
onē cordis vſq͛ ad iactantiā extendit locutiōis. Item digito
loquunt̃ / adſſiterā / diſputatores ⁊ monachi ſignatores ⁊ de/
riſores ſiue detractores: qui alios nō ſolum digito oſtēdūt et
notant: ſed ⁊ lingua eis detrahūt. Et hoc eſt digitū extēdere
⁊ loqui qḋ nō eſt prodeſt anime ſue / ſed obeſt. Prouer.vj.b.
Homo apoſtata vir inutilis gradit̃ ore ꝑuerſo / annuit oculis /
terit pede / digito loquit̃.i.obloquit̃: prauo corde machinat̃
malū: ⁊ omi tēpore iurgia ſeminat. Cōtra tales detractores
dicit̃ Roma.j.d. Detractores deo odibiles. Prouer.xxiiij.
a. Abominatio hoīm detractor. Uł digitū extēdere ē meliori
detrahere vł meliorē arguēdo tāgere. Cōtra illud / Exo.xxij.
d. Dijs nō detrahes. Uł digitū extendit q̄ abſenti detrahit.
Leuit̃.xix.c. Non pones ⁊c̄. Uł digitū extēdit nō manū: q̄
parū ⁊ īſufficiēter dat pauperi: qḋ tn̄ negauit diues laçaro i/
digēti / cupiēs ſaturari de micis q̄ cadebāt de mēſa ei⁹: et ideo
Luc̃.16.f. nec minimū beneficiū meruit recipere qn̄ petijt: Pat̃ abraā
miſerere mei: ⁊ mitte laçarū vt intingat extremū digiti ſui in
aquam vt refrigeret linguam meā: quia crucior in hac flāma.
Loquit̃ autē pauperi qḋ nō prodeſt ei: qui blande eī loquit̃ ⁊
tamē non dat: Folia habent ⁊ nō fruct⁹. Iaco.ij.c. Si frater
aut ſoror nudi ſunt et indigeant victu quotidiano: dicat autē
aliquis ex vobis illis: ite ī pace / calefacimini ⁊ ſaturamini: nō
dederitis autē eis q̄ neceſſaria ſunt corpori: quid ꝓderit vo/
bis: Luc̃.vj.e. Omni petenti te tribue: non dicit loquere.j.
Ioh.iij.d. Filioli nō diligam⁹ verbo neq͛ lingua: ſed opere
et veritate. c Cū effuderis ⁊c̄. Ablata cordis catena: ⁊
cōpoſitis exteriorib⁹ membroꝝ motibus / debes iā inſeruire
virtutib⁹ ⁊ pietatis operib⁹. Unde dicit: Cum effuderis
eſurienti animā tuā.i.cōpatientē voluntatē: Ecce affect⁹
cordis. d Et animā afflictā repleueris: Ecce exteri/
or exhibitio operis. Primū in affectu: ſecūdū in effectu. Ele/
moſyna em̄ ſine cōpaſſione eſt ſicut cibus ſine ſapore. Unde
Hieronym⁹ ſup Matth. De amaritudine radicis ſurgit oleū
in pabulū luminis ⁊c̄. et de amaritudine cōpaſſionis ſurgit
oleū: id eſt ſuauitas elemoſyne in pabulū paupis. Itē Pro/
uerb.xxj.a. Sicut diuiſiones aquarū: ita cor regis in manu
domini. Diuiſiones aquarū deſcendēt ad cōuallem: ſic ani/
mus potentis debet cōdeſcendere pauperibus. Eccī.xxx.b.
Sup omnē vocem turbabunt̃ viſcera eius. Eccī.iiij.p totum
capitulū loquit̃ de elemoſyna. Bene autē poſt affectū ſubdit
de effectu: vt nec affectus ſit ſine opis exhibitione: qꝛ inſuffi/
ciēs eſt talis affectus: vt dicit̃ Iaco.ij.c. Si nō dederitis eis
q̄ neceſſaria ſūt corporis q̄d ꝓderit vobis.j.Ioh.iij.c. Qui
habuerit ſubſtātiā hui⁹ mūdi ⁊ viderit frem ſuū neceſſitatē ha
bere ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo / quomō charitas dei manet
in eo: Filioli nō diligam⁹ ꝟbo ⁊c̄. Itē nec opis exhibitio va/
let ſine cordis cōpaſſione: qꝛ aliter non eſt volūtaria elemo/
ſyna. Luc̃.vj.e. Omni petenti te tribue. Primo te ꝑ cōpaſ/
ſionis affectū: poſtea tua tribue ꝑ effectū. Iob.xxx.d. Com/
patiebat̃ anima mea pauperi.ij.Corĩ.ix.b. Preparēt repro/
miſſam benedictionē:
nō q̄ſi auariciā. Et ſi
ꝓdicta feceris / e Ori/
etur ī tenebris lux
tua: id eſt chriſt⁹ tuas
ignorātie tenebras il/
luminabit q̄tū ad in/
tellectū. f Et tene
bre tue: id eſt pecca/

f tenebre tue erunt ſicut meri/
g dies. Et requiem dabit tibi
h dn̄s de⁹ tuus ſemꝑ: ⁊ implē/
i bit ſplendoribus animam
k tuam: et oſſa tua liberabit.
l
m
n

ta tua: g Erunt ſicut meridies.i.tu qui ī tenebris eras
peccatoꝝ / eris luminoſus lumine gratiaꝝ. Eph.v.b. Fuiſtis
aliqn̄ tenebre: nūc autē lux in dn̄o. Uel ipſe tenebre erūt ſicut
meridies.i.conuertent̃ tibi peccata ꝑ occaſionē in maiorē fer/
uorem: ſm̄ illud Roma.v.d. Ubi abūdauit delictū ſupabū/
dauit ⁊ gratia. Uel ſic: e Oriet̃ in tenebris lux tua.i.
in nocte huius ſeculi in medio huius nationis praue ⁊ ꝑuerſe
lucebis in vita ⁊ doctrina / ſicut lumiare in mūdo: Phil.ij.b.
f Et tenebre tue.i.peccata tua: g Erūt ſicut meri/
dies: qꝛ quāto magis peccator: tāto magis cautior ⁊ diſcre
tior. Hoc eſt verū in vere penitētib⁹. Econuerſo aūt eſt ī ma/
lis ꝙ meridies eſt eis ſicut tenebre: qꝛ quāto ſapiētiores ſunt
et diſcretiores in ſcriptura: tanto obſcuriores in vita. Amos
viij.c. Occidet ſol in meridie et tenebreſcere faciam terram
in die luminis. Mich.iij.c. Occumbet ſol ſup ꝓphetas: et
obtenebrabit̃ ſup eos dies. Uł tenebre ſunt iuſtis ſicut meri/
dies: quia tribulationes eos illuminār: ſm̄ illud Pſ̄. Et nox Pſ̄.138.
illuminatio mea in delitijs meis. Hec que dicta ſunt faciet ti/
bi dn̄s in ꝓſenti: Et qḋ ſequit̃ dabit in futuro: Un̄ dic: h Et
requiē / eternā.ſ. i Dabit tibi dn̄s deus tuus ſem/
per.i.in eternitate. k Et implebit ſplendorib⁹ ani/
mā tuā.i.virtutib⁹ vel dotib⁹ anime. m Et oſſa tua li/
berabit / a corruptiōe ⁊ ab eterno igne.i.⁊ reſuſcitabit ⁊ glo/
rificabit corp⁹ tuū ⁊ cōſolidabit: Et hoc ſpectat ad glorifica/
tionē corpis. Sed q̄d interim ꝑ diuinā gratiā aſſequaris / ſub/
dit: Et eris quaſi hortus irrigu⁹. Uel poteſt totū legi
de ꝓſenti ab illo loco: h Et requiē dabit tibi dn̄s de⁹ Aliter
tu⁹ ſemꝑ / in ꝓſperitate.ſ.et aduerſitate: ſic laurētio tribuit
requiem ſup craticulā. Un̄.ij.Machab.vj.g. Dn̄e q̄ habes
ſanctā ſcientiā manifeſte tu ſcis: qꝛ cū a morte poſſem libera/
ri / duros corpis ſuſtineo dolores: ſm̄ animā ꝟo ꝓpter timo/
rem tuū libēter hec patior. k Et implebit ſplendori/
bus.i.virtutib⁹ vel diuinis cōſolatiōibus: l Animā tuā /
etſi corpus ſit plenū ſqualorib⁹. Corpus em̄ atterit̃: ſed ani/
ma illuminat̃ ⁊ cōſolat̃. Pſ̄. Funes ceciderūt mihi ī ꝓclaris: Pſ̄.15.
etenim hereditas mea ꝓclara eſt mihi.j.Pet.iij.c. Chriſtus
ſemel pro peccatis nr̄is mortu⁹ eſt / iuſtus ꝓ iniuſtis vt nos
offerret deo: mortificatos quidē carne / viuificatos autē ſpiri/
tu. m Et oſſa tua.i.virtutes que ſunt robur mentis vel
vires naturales vel virile ꝓpoſitū: n Liberabit / ab ari/
ditate accidie ⁊ triſticia.j.vlt̃.d. Oſſa veſtra quaſi herba ger
minabūt. Prouer.xvij.d. Anim⁹ gaudēs etatē floridā facit:
ſpūs triſtis exiccat oſſa.i.ꝟtutes veniētes a pinguedine cha/
ritas ⁊ deuotiōis. Itē liberabit a putredine inuidie. Prouer.
xiiij.d. Putredo oſſiū inuidia: quia putreſcūt ⁊ bona ⁊ fortia
opa ſi fuerint inuidia maculata. Inuidia em̄ totū interiorē ho
minē putreſcere ⁊ tabeſcere facit: ſic febris ethica. Un̄ Gre/
gori⁹ de inuido dicit: In corde rabies / in vultu macies / ī ore
ſtridor dētiū: ibi ſerpēs antiquus oīa ſua cōcutit. Itē libera/
bit ab oīs peccati egritudine ꝑ medicamentū gr̄e. Un̄ Pro/
uer.xvj.d. Dulcedo aīe ſanitas oſſiū. Dulcedo aīe.i.cordis
mūdicia / opis innocētia / oris modeſtia / ē ſanitas oſſiū.i.viriū
naturaliū. Oſſa aūt dicūt̃ nō ſolū vires naturales: ſed ⁊ ꝟtu/
tes ⁊ virile ꝓpoſitū ⁊ op⁹ bonū. Itē oſſa eccl̃ie dicūt̃ ſacerdo
tes / clerici ⁊ religioſi: q̄ debēt eē ſicci caſtitate / cōcaui hūilita/
te / medullati charitate / fortes patiētia / albi ſanctimonia / ma/

x cri abſtinentia.

ꝯ cri abſtinentia. Liberant autē oſſa tam eccleſię q̄ cuiuſlibet animę q̄n pingueſcūt. Unde ſeptuaginta habent hic litteram talē: Et oſſa tua pingueſcent. Pinguedo autē iſta fit p̄ diuini verbi auditū. Unde Ezech.xxxvij.a. Oſſa arida audite ver/bū dn̄i. Itē p̄ humilitatē ⁊ timorē: q꞉ humilib⁹ dat gr̄a/et ita humectant oſſa. Un̄

Prouer.iij.a. Ne ſis ſapiens apud temet/ipſum: time deū et re/
B cede a malo: Sanitas quippe ĩ vmbilico tuo erit: ⁊ irrigatio oſſium tuoꝝ. Item p̄ bonam

a b Et ēris q̄ſi hoꝛt⁹ irrigu⁹: et ſi/
c d cūt fōs aquaꝝ cuiꝰs nō de/
e ficient aquę. Et ędificābunt
f in te deſertā ſeculoꝝ: funda
g mēta generationis ⁊ gene/
h rationis ſuſcitābis. Et vo/
i cabēris ędificator ſepium.
k Auertēs ſemitas ĩiquitatū.

famā inpinguant virtutes. Unde Prouer.xv.d. Fama bo/na impinguat oſſa: q꞉ virt⁹ laudata creſcit. a Et eris q̄ſi hortus irrigu⁹: Hortus.ſ. folijs verboꝝ bonoꝝ vernans/virtutū redolens floribus/operū fructibus reficiens. Cant. v.a. Ueniat dilect⁹/irriguus copioſitate donorū et gratiaꝝ/lachrymaꝝ ⁊ doctrinaꝝ: habens irriguū inferius pro pecca/tis: et irriguū ſuperius p̄ cęleſtib⁹ p̄mijs. Hiere.xxxj.b. Et erit anima eoꝝ quaſi hortus irriguus. c Et ſicut fons aquarū cui⁹ nō deficiēt aquę. Anima iuſti dicit hort⁹ irriguus: quia recipit gratiā in ſe ad fructificandū p̄ bonā vi/tam. Dicit etiam fons: quia recipit aquam gratię pennē ad erogandū ⁊ deriuandū alijs per bonā doctrinā. Uel hortus miniſtrat cibū: fons potū: Sic iuſtus reficit alios fructu boni exempli: ⁊ potat eos poculo verbi diuini. Ʒ.xxxiij.c. Panis ei datus eſt/hoc eſt primum: Aquę eius fideles.i. perennes/hoc eſt ſecūdū. Et hoc eſt qđ dicit: d Cui⁹ non defici/ent aquę. Aquę torrētis.i. doctrinę ſeculares/deficiūt/ vel cōcupiſcentię carnales/vel diuitię temporales: ſed aquę iuſti nō deficiūt: fideles em̄ ſunt.i. p̄ennes ⁊ vitales: Prouer.x.b. Uena vitę os iuſti: quia p̄ iuſtos fluūt ad alios verba vitalia. Prouer.v.c. Deriuent fontes tui foras: ⁊ in plateis aquas tuas diuide: habeto eas ſolus/ne ſint alieni participes tui ⁊c̄. Forte ab iſto loco Eſaię ſūpſit dn̄s illud Joh.vij.f. Qui cre/dit in me: ſic dic̄ ſcriptura: flumia de vētre ei⁹ fluēt aquę viuę. Specialit aūt ⁊ p̄ncipalit chriſt⁹ dr̄ fons vitę et gratię. Pſ.
Pſ.35. Apud te ē fons vitę. Similit ē fons ſciētię. Un̄ ſubdit: Et in lumine tuo videbim⁹ lumē. Cui⁹ fontis nō deficiūt aquę gra/tiarū ⁊ doctrinaꝝ. Matth.xxiiij.c. Cęlum ⁊ terra tranſibūt: verba autē mea non trāſient. Iſte fons irrigat hortū.i. eccle/ſiā vl̄ animā: ⁊ ſic fit hortus irriguus a fonte. Unde Geñ.ij. a. Fons egrediebat ⁊ irrigabat vniuerſā faciē p̄adiſi. Pro q̄ in hebraico habet hort⁹. Dic̄ ergo. a Et eris/o tu aīa/vel generaliter o eccleſia: b Quaſi hort⁹ irrigu⁹.i. a chri/ſto vero fonte gratijs ⁊ doctrinis fęcundata: c Et ſicut fons aquaꝝ.i. aſſimilaberis chriſto capiti tuo qui eſt fons aquarum. Bern̄. Origo fontiū ⁊ fluminū mare: ſcientiarum ⁊ virtutū dn̄s. d Cui⁹ non deficient aquę: q꞉ ſicut di/cit Joh.iiij.b. Qui biberit ex hac aqua quā ego dabo ei/ nō ſitiet in ęternū: ſed aqua quā ego dabo ei fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternā. e Et ędificabunt ⁊c̄. Hiero⁹. in originali. Hęc iudei ⁊ amici tm̄ occidētis litterę ad inſtau/rationem referūt vrbiū paleſtinę: ⁊ vel facta ſub zorobabel et eſdra ⁊ neemia: vel in vltimo tp̄e futura cōtendūt: ⁊ ad inſtau/rationē hierlm: ⁊ in circūitū ciuitatū altiſſima fundamēta ia/cienda: ⁊ tam excelſos muros ędificandos vt nullus hoſtium poſſit intrare: ⁊ omniū in eas inimicoꝝ prohibeat ingreſſus. Glo. Melius aūt ad eccleſiā referunt. Dicit ğ: e Et ędifi/cabunt in te/o ecclia: f Deſerta ſeculoꝝ.i. ruinę et de/ſerta q̄ fuerūt in iudęis infidelib⁹ a ſeculo/reſtaurabunt ĩ vo/catiōe gētiū credentiū ĩ chriſto. g Fūdamēta genera/tiōis ⁊ generatiōis.i. ap̄los ⁊ p̄phas q̄ fuerūt fundamēta vtriuſq꞉ p̄p̄li.ſ. iudęoꝝ ⁊ gētiū. Ʒ.liiij.c. Fūdabo te ĩ ſaphiris. Eph.ij.d. Supędificati ſup fundamentū ap̄loꝝ ⁊ p̄phetaꝝ. Fundamētū ſingulari numero dicit chriſt⁹. j. Cor.iij.c. Fū/damentū aliud nemo ponere pōt ⁊c̄. h Suſcitabis. Fun/damēta aūt ap̄loꝝ et p̄phetaꝝ quodāmō iacēt ĩ infimis apud eos qui ea negligūt ⁊ p̄cepta moreſq꞉ eoꝝ in ſuis opibus nō

extollūt: ſed eccleſia fundamenta iſta in ſeipſa ſuſcitat/ dum multos ſup fidem ap̄loꝝ in fide ⁊ morib⁹ conſtruit ⁊ ędificat. De quib⁹ dicit Eph.ij.d. Iā nō eſtis hoſpites ⁊ aduenę ⁊c̄. ſup ędificati ſup fundamentū ap̄loꝝ ⁊c̄. Similit in ea ſuſcitas in teipſo/q̄ſi in fabrica vitę tuę ea erigis. i Et vocabe/ris ędificator ſe/piū. Uel ſicut in he/breo habet: Et vo/cabit ĩ te/o tu ecclia: ędificator ſepiū.i. doctrinaꝝ quib⁹ mu/nit eccleſia. Uel ſepē ędificat: qui ſe opponit ſcutū p̄ domo dei: qui ire dei p̄ p̄p̄lo ſe opponit: ſicut moyſes ⁊ aaron ⁊ ſamuel. k Auertēs ſemitas iniq̄tatū. Eccle/ſia enim nō tm̄ ędificat ſepes.i. non tm̄ cuſtodit virtutes: ſed auertit ſemitas iniquitatū.i. ſtudioſas ⁊ ſubtiles iniquitates ⁊ exquiſitas/quib⁹ rectiori via ⁊ breuiori itur ad infernū. Hie/ronym⁹ ponit hic aliā litterā: cui ꝯueniūt alij trāſlatores/hāc ſcꝫ/ Cōuertens ſemitas in quietē: ſemitas.ſ. erroꝝ vbi non eſt quies neq꞉ pax: cōuertēs in doctrinam chriſti qui eſt vera pax. Uel ſm̄ Hiero. ſemitas diuinę indignationis con/uertens in quietē.

Uel alit ab illo loco: e Et ędificabunt ĩ te: Nō dic̄ in Aliter tuis: contra illos qui multa dant ad ędificationē religionū et clauſtroꝝ: ſed ſeipſos dederūt diabolo ad ędificandū vrbes ęgypti: quę ſunt tres/phiton.ſ. ⁊ ramaſſes: Exo.j.b. ⁊ tertiā ciuitatē adducūt ibidem Septuaginta interp̄tes.ſ. ong.ſ. ci/uitatē ſolis ſiue helioploeos: p̄ q̄s tres ciuitates ſignificant cōcupiſcētia carnis/auaricia/⁊ ſuperbia. Sed dic̄/ In te.i. in tua vita ⁊ doctrina: f Deſerta ſeculoꝝ.i. peccatores q̄ diu fuerūt deſerti a deo p̄ multa ſęcula.i. p̄ multa tempora et annos. Hoc pōt dici de beato Auguſtino ⁊ Bn̄dicto: qui re/ligiōes antiquas fundauerūt: et omnib⁹ ſimilit conuenit qui peccatores a via mala cōuertūt. g Fundamēta gene/rationis ⁊ generatiōis ſuſcitabis.i. iuſtos tam ĩ religi/one q̄ in ſęculari cōuerſatione exiſtentes in bonū ędificabis. Hęc eſt em̄ duplex generatio. Una in mūdo: altera in clau/ſtro. Et dicit/ ſuſcitabis.i. in altū eleuabis: ⁊ ad meli⁹ p̄ue/hes tua oratiōe ⁊ exhortatiōe. Q꞉ autē iuſti ſunt fundamen/tū/dicit Prouer.x.d. Iuſt⁹ quaſi fundamentū ſempiternū. i Et vocaberis ędificator ſepiū. Nota q̄ ſepes dr̄ re/gularis inſtitutio/ſiue p̄cepta regulariter viuendi. Un̄ Eccl. xxxvj.d. Ubi nō ē ſepes diripiet poſſeſſio. Itē.j. Paral.iiij. d. Hi ſunt figuli habitātes in plantatiōib⁹ ⁊ in ſepibus apud regem in operib⁹ eius. Sepes cuſtodit plantationē: ſic religi/onis obſeruātię cuſtodiūt plantatos in ipſa religiōe. Fit aūt iſta ſepes ex multis ſpinis: Ariditate.ſ. victualiū: ⁊ auſterita/te veſtiū/ieiunijs ⁊ vigilijs: ⁊ cęteris afflictiōib⁹ clauſtraliū. Et iſta optime cuſtodiūt/ ſi bene cuſtodiant: aliter non: ſicut nec veſtis cuſtodit a frigore niſi et ipſa cuſtodiat a putredine. Itē ſepes cuſtodia angeloꝝ et p̄latoꝝ. Un̄.Ʒ.v.a. Uinea facta ē dilecto meo in cornu filio olei: ⁊ ſepiuit eam. Glo. cu/ſtodia angeloꝝ. Item ſepes eſt flagellū domini ⁊ diſciplina quā dn̄s adhibet vinę ſuę.i. animę cuiuſlibet: vt interclu/dat ei aditum ad peccatū. Oſee.ij.b. Sepiam viam tuā ſpi/nis. Eccl.xxj.b. Uia peccantiū cōplantata lapidibus. Item ſepes eſt arta cuſtodia ſuoꝝ ſenſuū. Eccs.x.b. Qui diſſipat ſepem mordebit eum coluber. Iſta ſepes valde vtilis eſt et valde efficax/ſi ex bonis ſpinis connectat: ex memoria.ſ. pec/catoꝝ p̄teritorum: ⁊ cōſideratione chriſti paſſionum. Eccl. xxviij.d. Sepi aures aures ſpinis: ad litterā: illis ſpinis qui/bus coronatus eſt domin⁹. Item ſepes eſt interpoſitio ora/tionū ⁊ meritorum inter iram dei ⁊ peccata populi. Ezech. xxij.g. Quęſiui de eis virū q̄ interponeret ſepē ⁊ ſtaret oppo/ſit⁹ cōtra me pro tra ne diſſiparē eā ⁊ nō iueni. De oīb⁹ his ſepibus dicit hic: Uocaberis ędificator ſepiū. Speci/aliter autē beatus Benedictus et beatus Auguſtin⁹ ędifica/uerūt ſepes.i. regulares inſtitutiones. k Auertens ſemi/tas iniq̄tatū: q꞉ omnib⁹ iniquitatib⁹ adhibuerūt remedia.

ꝟ uertens in quietē placatiōis. a ¶Si auerteris a ſabba/ to ⁊c̄. Supra egit de ieiunio ⁊ elemoſyna cū alijs opibꝰ pie/ tatis et de oꝛōne/⁊ de p̄mio ſilr qḋ iſtis ꝓmittiꝛ: hic agit de cuſtodia ſabbati ſpūalis: cuiꝰ obſeruatio regiū hȝ p̄miū. Vn̄ dicit: Si auerteris a ſabbato: id eſt a violatiōe ſabbati: b ¶Pedē tuū.i.affe/ ctū tuū/ ne.ſ.ſabbatū coꝛdis violes. Vel/ pedē tuū.i.iter tuū ne vagus ſis ꝑ illicita deſideria.ſ̄.lvj.a.Cu ſtodiēs ſabbatum ne polluat illud. Nota q̄ in ſabbato nō licebat ignē accendere: Exo.

a Si auerteris a ſabbato pe/
b
c dē tuū facere volūtatē tuā in
d die ſancto meo: ⁊ vocaberis
e ſabbatū delicatum et ſānctū
f dn̄i gl̄ioſū: et gl̄ificaueris eū
g
h dū nō facis vias tuas: et nō
i inuenit volūtas tua vt loq̄/
k ris ſmonē: tūnc delectaberl̄
l
m ſup dn̄o: ⁊ ſuſtollā te ſup al/
n titudinē trę: ⁊ cibabo te he/
reditate iacob patrl̄ tui. Os
o enim dn̄i locutū eſt.

xxxv.a. qḋ tn̄ facit luxurioſus ⁊ litigioſus ⁊ inſtigatoꝛ malꝰ: q̇ eſt ſufflatoꝛiū diaboli/qn̄ alios incitat ad malū. Itē nō lice/ bat onera poꝛtare: Hiere.xvij.c. qḋ tn̄ facit q̇ ad malū agen/ dū ē ſtudioſus ⁊ laboꝛioſus. Vn̄ Hiere.ix.b. Vt iniq̄ agerēt
Ps.37. laboꝛauerūt. Ps. Iniq̄tates meę ſupgreſſę ſt̄ caput meū ⁊c̄. Itē nō licebat iter agere longū nec diſcurrere. Act.j.a. qḋ tn̄ facit curioſus ⁊ vagꝰ. Prouer.vij.b. Garrula ⁊ vaga quietis impatiēs. Itē nō licebat ligna colligere: Numeri.xv.d. qḋ tn̄ facit cupidꝰ ⁊ auarus: q̇ ſemꝑ ligna colligit.i.tꝑalia cōgregat vt ignē cupiditatis plus ⁊ plus accendat. Vn̄ Ecci.xxviij.b. Scḋm ligna ſiluę/ſic ignis exardeſcet. Prouerb.xxvj.c. Cū defecerit ligna extingueꝛ ignis. Itē nō licebat vexare ſeruos ⁊ iumēta: Deut.v.b. qḋ tn̄ facit ſupbus ⁊ tyrannꝰ. Hiere.vj. c. Seruietis dijs alienis qui nō dabunt vobis requiē. Item opus ſeruile non licebat facere: Exo.xx.b. qḋ tn̄ facit q̇ p̄miꝛ iugo ꝯſuetudinis peccati. Ioh.viij.d. Qui facit peccatū ſer/ uus ē peccati. Tripliciter aūt cuſtodiendū ē ſabbatū: in coꝛ/ de/⁊ oꝛe/⁊ locutiōe: Vn̄ dicit: a ¶Si auerteris a ſabba/ to.i.a violatiōe ſabbati: b ¶Pedē tuū.i.affectū: qḋ expo/ nens ſubdit: c ¶Facere.i. volūtatē tuā in die ſancto meo.i.ne mala velis facere in die ſabbati. Et h̄ ꝑtinet ad cu/ ſtodiā coꝛdis. d ¶Et vocaberl̄ ſabbatū delicatū ⁊c̄. .i.ſi ſic ęgeris i ſabbato vt ex opibꝰ tuis poſſit vocari ſabbatū tuū.i.ocium delicatū ⁊ ſanctū dn̄i ⁊ gl̄oſū.i.ſine amaritudine auaricię: q2 auari ſt̄ amari paupibꝰ ⁊ imiſcōes: ſm̄ illḋ Oſee. xij.d. Prouocauit me ephꝛai i amaritudinibꝰ ſuis. Delicatū aūt ſabbatū nō eſt qḋ recipit talē amaritudinē. Itē ſabbatū dn̄i debet eē ſctm̄.i. purū debet eē ociū/ſine fęce carnalis cō/ cupiſcentię.i.ſanctum dn̄i.i.purum puritate data a dn̄o. Itē
Ps.18. glorioſū debet eſſe/vt i oībꝰ q̄raꝛ gl̄ia dei nō ꝓpꝛia: Et h̄ eſt ꝯ ſuperbiā vitę. Ps. Celi enarrāt gloꝛiā dei. Ioſue.vij.c. Fili da gloꝛiā deo. Sic ḡ ſabbatū dn̄i delicatū/ſanctū ⁊ gl̄oſū vo cat: q̇ opa auaricię/imūdicię/⁊ ſupbię vitat. Vn̄ exponēdo ſb̄ dit: g ¶Et gl̄ificaueris eū.ſ.dn̄m/vl̄ diē ſabbati: h ¶Dū nō facis vias tuas.i.dū nō ſeq̄ris cōcupiſcētias tuas: cō/ cupiſcētias.ſ.carnaliū voluptatū/diuitiaꝝ/honoꝝ: ſm̄ qḋ dr̄ Ecci.xviij.d. Fili poſt ꝯcupiſcētias tuas nō eas. Sic ḡ cuſto diꝛ ſabbatū i ope. Seq̇ꝛ aūt de cuſtodia oꝛis: i ¶Et nō iue/ niꝛ volūtas tua vt loq̄ris ſermonē.i. vt nō ad arbitriū volūtatl̄ loq̄ris: ſ̄ frāge volūtatē tuā ⁊ reſtrīge vanā locutio/ nē ⁊ līguā. k ¶Tūc/ſi p̄dicta fecerl̄: l ¶Delectaberis ſup
Ps.36. dn̄o.i. de dn̄o ⁊ in dn̄o/nō in mūdanis: ⁊ hoc i p̄ſenti ꝑ gra/ tiā. Vn̄ Ps. Delectare in dn̄o ⁊ dabit tibi petitiōes coꝛdis. Et i futuo ꝓmittit tibi deꝰ qḋ ſequiꝛ: m ¶Suſtollā te ſup altitudinē trę.i. in terra viuētiū i cęlo empyreo: qḋ ē altū ⁊ loco ⁊ dignitate: ⁊ dr̄ tra ꝓ ſoliditate ⁊ fertilitate. n ¶Et ci/ babo te hęreditate iacob patrl̄ tui.i.hęreditate cęleſti quā dedi iacob/cuiꝰ filiꝰ es ꝑ fidē ⁊ opatiōnē vitia ſupplantā/ do. Et vt certū ſit qḋ ꝓmiſit/ſubdit: o ¶Os eīn dn̄i locu/ tū eſt.i.deus per ꝓphetam.
Aliter ※ a ¶Si auerterl̄ a ſabbato ⁊c̄. Nota i clauſtro: Primū ē ędificare ſepē regulę: Secūdū auertere ſemitas iniq̄tatū et diſcurſꝰ ⁊ vagatiōeſ monachoꝝ: vt religioſi n̄ ſint vagabūdi: ſi tn̄ ad aliqḋ negociū exeāt/ſit iter eoꝝ iter ſabbati.i.nō exeāt niſi quātū ſe extēdit obedītia. Tertiū ē ſabbatiçare pectoꝛe: qḋ nō faciūt illi q̇ vagi ſūt coꝛpe ⁊ curioſi mēte. Cōtra qḋ di/

cit: Si auerteris a ſabbato pedē tuū.i.a violatiōe ſab/ bati.i. quietē ſpūalis obſeruaueris tā motū coꝛdis q̄ʒ coꝛpis. Quartū ē abnegare ſe oīno/nec curā ſui agere. Vn̄ ſequiꝛ: c ¶Facere volūtatē tuā in die ſctō meo. Dies ſanctꝰ dn̄i ē tp̄us pęnitētię ⁊ religiōis: qḋ nob deꝰ ꝯceſſit ad purgationē nr̄oꝝ pctōꝝ. In tpe iſto debemꝰ ſic viuere in ꝓgreſſu: ſicut ꝓmi/ ſimꝰ i ingreſſu. In in/ greſſu aūt abnegamꝰ al. ſaltitudines nos ⁊ noſtra/⁊ nr̄os/⁊ nr̄aȝ ꝓpꝛiā volūtatē: ⁊ p̄lato nr̄o totū cōmit/ timꝰ. Hic ē q̄drāgulꝰ: de quo Ezech.xlj.d. dr̄/ q̄ limē tēpli erat q̄drangulū. Ingreſſus religiōis notaꝛ ꝑ limē: in q̇ notanꝛ hęc q̄ttuoꝛ.ſ. vt hō abneget ſemetipſū.i.cu/ rā carnis ſuę. Matth.xvj.d. Qui vult venire pꝰ me abneget ſemetipſū. Itē vt abneget ſua. Luc.xiiij.g. Qui nō renūcia/ uerit oībꝰ q̄ poſſidet/nō pōt meꝰ eē diſcipulꝰ. Itē vt abneget ſuos. Deut.xxxiij.a. Qui dixerit pr̄i ⁊ mr̄i neſcio vos: ⁊ fra/ tribꝰ ignoꝛo illos: hi cuſtodierūt eloq̄ū tuū. Itē dn̄s pēdēs i cruce ꝓ mr̄e flēte nō deſcēdit: ſ̄ iohāni eā cōmēdauit: Et noſ ſilr̄ i cruce clauſtri exiſtētes cōmēdemꝰ parētes nr̄os gr̄e dei. Itē vt hō abneget volūtatē ꝓpꝛiā: ⁊ dicat cū ieſu: Non veni facere volūtatē meā: ſ̄ eiꝰ q̇ miſit me. Ioh.vj.d. Et h̄ ē qḋ dr̄: Si auerterl̄ ⁊c̄. Seq̇ꝛ: d ¶Et vocaberl̄ ſabbatū deli/ catū/vt dedignerl̄ tractare opa ſuilia ⁊ imūda: ſic̄ ꝟgo deli/ cata de dignaꝛ tāgere cineres ⁊ imūdicias domꝰ. Vl̄ ſabba/ tum delicatū ē.i. delitijs dedicatū: qn̄ hō clauſtralis ſabbatū q̇etē intioꝛis oꝛnat meditatiōibꝰ ſctis: ⁊ deſiderijs/⁊ ſpūalibꝰ delitijs. In clauſtro em̄ inueniunꝛ ſpūales delitię ab his q̇ ſt̄ i ſabbato.i.in q̇ete. Prouer.iij.c. Quieſces/ecce ſabbatum coꝛdis: ⁊ ſuauis erit ſomnꝰ tuꝰ/ecce delitię ꝯtēplatiōis. ſ̄.lj.a. Ponet deſertū eiꝰ q̄ſi delitias: ⁊ ſolitudinē eiꝰ q̄ſi hoꝛtū dn̄i. Ibi req̇re de delitijs: Can̄.viij.b. Quę ē iſta q̄ aſcēdit de de/ ſerto/delitijs afflūēs. Ecōtra vagi ⁊ inq̇eti ꝑdūt iſtas deliti/ as. Vn̄ Mich.ij.c. Mlieres ꝑplī mei eiecıſtl̄ de domo delitiaꝝ ſuaꝝ.i.de clauſtro. d ¶Et vocaberl̄ ſabbatū delicatū/ intēdēdo ſpūali delectatiōi: e ¶Et ſctm̄ dn̄i/vocaberl̄.ſ. i/ tendēdo mūdicię ⁊ puritati. Et vocaberl̄ ſilr̄ ſabbatū/ f ¶Glo rioſū/intēdens diuinę gl̄ię ⁊ honoꝛi: g ¶Et gl̄ificaueris eū dū nō facis vias tuas.i.dū nō exples ꝯcupias tuas. i ¶Et nō inueniꝛ volūtas tua vt loq̄ris ſmonē/odi/ oſū vel ocioſū.i.ex deliberata volūtate ocioſa vl̄ noxia nō lo q̄ris. Et h̄ etiā ꝑtinet ad clauſtrales/q̄ꝝ ē ſeruare ſilentiū: ⁊ nō loq̇ ꝓ volūtate.ſ̄.xxxij.d. Cultꝰ iuſticię ſilētiū. Vn̄ Thꝛen̄. iij.d. Sedebit ſolitarꝰ ⁊ tacebit: q2 leuabit ſe ſup̄ ſe. k ¶Tūc ſi p̄dicta feceris/delectaberl̄ ſup dn̄o. Tria ponit ꝑ oꝛdi/ nē h̄: delectationē/exaltationē/⁊ hęreditatē. Delectationē cū dicit: Delectaberl̄ ⁊c̄. Exaltationē: ibi: Suſtollā te ⁊c̄. Hęreditatē: ibi: Et cibabo te hęredi. ⁊c̄. Delectationem mereꝛ: q̇ carnē ſuā macerauit ⁊ afflixit. Exaltationē mereꝛ q̇ ſpm̄ hūiliauit. Hęreditatē mereꝛ q̇ ſua i opibꝰ pietatl̄ paupi/ bꝰ diſtribuit. Hęc ſūt tria de q̄bꝰ actū ē: de ieiunio/⁊ elemoſy na: ⁊ ſabbati cuſtodia. Per ieiuniū em̄ carnē macerat hō: ꝑ ele moſynā ſua donat: ꝑ ociū ſabbati ad habilitādū ſe vacat. Me rito ḡ tali/tale p̄miū aſſignat ꝓpha/dicēſ: Tūc delectaberl̄ ſup dn̄o/i futuro ꝑfecte. m ¶Suſtollā te ſup altitudinē trę.i. de trenis p̄ſſuris i cęlis collocabo merito humilitatis ⁊ ꝓpꝛię volūtatis abnegatiōis. Aliꝛ em̄ niſi volūtatē tuā ab/ neges nō aſcēdes i cęlū. Vn̄ filiꝰ dei deſcēdit vt patris faceret volūtatē: Ioh.vj.d. Deſcendi de cęlo nō vt facerē volūtatē meā ⁊c̄. Si igiꝛ q̇ aſcēdere itēdit de tra i cęlū ⁊ vult facere vo/ lūtatē ſuā: neq̄q̄ꝫ ꝑueniet illuc. Et bn̄ dic/ſuſtollā. Nemo em̄ aſcēdit ſurſū niſi tractꝰ. Ioh.xij.e. Ego ſi exaltatꝰ fuero a tra/ oīa trahā ad meipſū. Sol em̄ iuſticię attrahit aq̄ſ marl̄.i.ſctōs de amaritudinibꝰ mūdi. n ¶Et cibabo te hęreditate ia/ cob pr̄is tui.i.hęreditatē dabo tibi quā iacob pr̄ tuꝰ.i.chꝛi ſtus luctādo i cruce ꝓ te tibi acq̄ſiuit. o ¶Os em̄ dn̄i locu tū ē: ⁊ ita certū ē qḋ dixi.ſ̄.xl.b. Videbit oīs caro qḋ os ⁊c̄.

Ecce nō eſt abbreuiata ⁊c. Expo. Ca.LIX.
In p̄cedenti capitulo arguit iudęos de ficta pęnitē/
tia: et φ ieiunia eorum nō erant meritoria: et docuit
quomō de cętero eſſent agenda.ſ. cū operibus pietatis: et cū
obſeruantia legis: maxime tamē cum obſeruantia ſabbati: et
multa bona eis ꝓmi/
ſit/ſi ſic facerent: Lu/
A men.ſ. ꝓſperitatis: et
.ſ.50.a. liberationē a tenebris
Numeri.11.c. captiuitatꝭ: hortos ir/
riguos ⁊ fontes copi/
oſos: qđ ptinet ad ter/
rę fertilitatē: deſerta reędificanda: fundamenta ciuitatū ſuſci/
tanda: delectari in domino.i. in cultu dñi: extolli in altitudinē
terrę.i. in iudęa quę alta eſt et ſitu et dignitate: et hęreditarie
poſſidere terrā/ quę iacob et ſemini eius ꝓmiſſa fuit. Hęc ſic
iudęi intelligunt: vt vel iam ſibi hęc completa in reditu de ca
ptiuitate babylonica contendant: vel ſibi etiam adhuc in ſuo
1.Corī.10.c. meſſia ventura eſſe ꝓmittāt: Sed hęc omnia in figura cōtin/
gebant illis: propter nos autē dicta ſunt/ quib⁹ bona cęleſtia
ꝓmittunt/ ſi ieiunijs ⁊ elemoſynis ⁊ oratiōibus ⁊ ſabbatorū
cuſtodię ſpirituali intenti ſimus: In hoc aūt capitulo ſequē/
ti/ ſm litterā/ arguit iudęos de diffidentia auxilij diuini pro/
miſſi: Pęnā enim ſuę captiuitatꝭ impotētię dei ⁊ imiſericor/
dię imputabant/ nō ſuis peccatis: quaſi deus nō poſſet eos li/
berare: vel ita impius eſſet φ nō vellet. Et diuidit hoc capi/
tulū in octo partes. In prima parte dicit domin⁹ ſe eſſe po/
tentē/ ſicut olim ad liberandū et benignū ad exaudiendū: ſed
peccata ſua hoc ꝓhibent ab eis. Secūdo autē peccata eorū
enumerat. Et primo peccatum idolatrię vel crudelitatis: ibi:
Manus eñ veſtrę pollutę ⁊c. Tertio peccatū cōſue/
tudinis mentiendi: ibi: Labia vr̄a locuta ſunt menda/
ciū. Quarto confidentiā in nihili.ſ. in idolo/ vel in ęgypto/
vel in meſſia ſuo vēturo/ ⁊ nō i deo: ibi: Nō eſt qui inuo/
cet ⁊c. Quinto excogitatiōes in ſtudio peccādi: ibi: Cōcę/
perūt laborem ⁊c. Sexto homicidiū: ibi: Et opus ini/
quitatis in manib⁹ eorum. Septimo poſtq̄ oſtēdit eis
ꝓpheta ſcelera eorum: reſpondet in pſona populi pęnitentis:
φ iuſto iudicio attriti ſunt: ⁊ ideo peccata ſua populus pę/
nitens recognoſcit: ibi: Propter hoc elongatum eſt
iudiciū. Octauo iam de miſericordia dei cōfidēs liberatio/
nem ⁊ ꝓſperitatem repromittit: ibi: Et ſaluauit ſibi bra/
chiū ſuū ⁊c. Dicit ergo: a Ecce nō eſt abbreuiata.
Reſpondet ei qđ dixerāt murmurātes in p̄cedenti capitulo:
ſ.58.a. Quare ieiunauim⁹ et non aſpexiſti ⁊c. q.d. domin⁹: dico vo/
bis quare hoc eſt: qꝛ peccata veſtra p̄ualent ieiunijs veſtris:
nō quia ego nō ſim ita potens ⁊ benignus ſicut olim. Et hoc
eſt qđ dicit: Ecce nō eſt abbreuiata manus domini:
id eſt minorata potentia ei⁹ ex quo liberauit vos de ęgypto.
b Ut ſaluare nequeat/ vos de captiuitate babylonica:
ſicut olim de ęgyptiaca liberauit. c Neq̄ aggrauata
eſt auris eius.i. deus non eſt factus ſurdus. Auris eñ de/
preſſa ⁊ aggrauata nō poteſt bene audire: ſicut patet in aſino
qui habet aures dependētes. Et talem modū loquēdi ſeruat
hic/ cum dicit: Neq̄ aggrauata ē auris eius vt non
exaudiat. q.d. nec impotens eſt ad ſaluandū vos/ ſi credide
ritis: nec imiſericors ē ad exaudiendū/ ſi pure inuocaueritis:
ſicut moyſen ⁊ alios olim exaudiuit. d Sed iniquitates
veſtrę/ cultus idolorū/ et alia peccata q̄ enumerabit poſtea.
e Diuiſerūt inter vos ⁊ deū veſtrū.i. deū diſcordem
vobis fecerunt/ ita vt non ſaluaret: ſed potius vos a ſe ⁊ a ter/
ra ſua elongaret in captiuitatē babyloniop vł romanorū tra/
dendo. Et peccata
Myſtice a Ecce non eſt abbreuiata ⁊c. Iſtud capitulum ex/
ponit beatus Hieronym⁹ litteraliter de ipſis iudęis qui cru/
cifixerunt dominū: ⁊ ſanctos occiderūt. Unde eis pęnā com/
minat ꝓpheta: ⁊ pęnitētib⁹ ꝓmittit miſericordiā. Unde cre/
dimus hic veram litteram eſſe ipſum myſteriū de chriſto: vel
poti⁹ nō myſteriū ſed exemplū: qꝛ plane refert ad tempora
chriſti: licʒ iudęi vt ſup̄ dictū ē retorqueāt ad alia tempora.

a Ecce nō ēſt Ca.LIX
abbreuiata man⁹ dñi
b vt ſaluāre neq̄at: ne/
c q̄ aggrāuata eſt auris ei⁹ vt
d nō exaudiat: ſʒ iniq̄tātes vr̄ę
e diuiſērt int̄ vos ⁊ deū vr̄m.

Dicit ergo ꝓpheta ad iudęos: a Ecce non eſt abbre/
uiata manus dñi. Loquit ad iudęos ꝑ morte chriſti ca/
ptiuatos a romanis: q̄ deū impotentē et imiſericordē eſtima
bant. Quibus reſpondet ꝓpheta: φ non eſt abbreuiata
manus dñi/ vt ſaluare nequeat/ vos ſi credideritis ei.
Et reſpondet ad hoc
qđ.ſ.l.a. querit: Nū/
quid abbreuiata ⁊ par
uula facta eſt manus
mea/ vt nō poſſim re/
dimere: aut non eſt in
me virtus ad liberan/
dum? c Neq̄ aggrauata eſt auris eius vt nō ex/
audiat/ vos ſi pure inuocaueritis eū. q.d. ita miſericors ē ad
exaudiendū ſicut ſolebat. Et reſpondet ad hoc qđ dictum eſt
ſ.lviij.a. Quare ieiunauimus ⁊ non aſpexiſti ⁊c. Et nota φ
man⁹ domini longa ē: vt vbiq̄ attingat fortiter malos puni/
endo: ⁊ ſuauiter bonos remunerando. Sap.viij.a. Attingit
a fine vſq̄ ad finem fortiter ⁊c. Item larga ⁊ ampla eſt: quia
omnib⁹ ſe ⁊ ſua exhibet. Unde Ps. Aperis tu manū tuam ⁊ Ps.144.
imples omne animal benedictiōe. Item plena eſt: quia omia
ſua virtute cōtinet. Ps. In manu tua domine omnes fines Ps.94.
terrę. Item.ſ.xl.c. Quis menſus eſt pugillo aquas? ⁊c. Et
poſtea: Quis appendit trib⁹ digitis molē terrę? Itē ꝓmpta
eſt. Uñ Cañ.v.d. Man⁹ ei⁹ tornatiles/ aurę plenę hiacyn/
this. Glo. Tornatiles: qꝛ in ꝓmptu habet facere qđ vult: ſic
tornatura cęteris ꝓmptior ē artib⁹. Aurę aūt dicunt: qꝛ dat
p̄cioſa dona. Plenę: qꝛ multa dat. Bñ ergo dicit: φ nō eſt
abbreuiata man⁹ domini vt ſaluare neq̄at. Mich.
ij.b. Nūquid abbreuiatus eſt ſpūs dñi? Numeri.xj.c. Nū/
quid inualida eſt man⁹ dñi? Nō eſt abbreuiata ad ſaluandū:
Abbreuiata tñ fuit dextera eius: ſed hoc fuit etiā ad ſaluan/ Joh.1.b.
dū: qñ verbū caro factū ē: ⁊ in vtero ꝟginis anguſtū. Uñ ſ.
x.f. Cōſummationē ⁊ abbreuiationē faciet dñs de⁹ exercituū
in medio omis terrę. c Neq̄ aggrauata eſt auris ei⁹
vt nō exaudiat. Illis dñs manū abbreuiat in ſuis neceſſi/
tatibus: qui manū ſuā cōtrahūt paupibus. Ecci.iiij.d. Non
ſit porrecta manus tua ad accipiendū: ⁊ ad dandū collecta.i.
nō credas φ de⁹ debeat tibi bona ſua dare/ ſi manū ſubtraxe/
ris a paupere. Similit dñs aggrauat aures ſuas ad p̄ces eo/
rum: qui aures ſuas obturāt ad clamorē pauperū: vel ad obe
dientiā p̄ceptop. Prouerb.xxj.b. Qui obturat aurē ſuam ne
audiat clamorē paupis: ⁊ ipſe clamabit ⁊ nō exaudiet. Zach.
vij.c. Aures ſuas aggrauauerunt ne audirent. Sequitur:
d Sed iniq̄tates veſtrę diuiſerūt inter vos et deū
veſtrū.i. ſubtraxerūt vobis ei⁹ auxilium. Planū eſt de iu/
dęis: oſtendit enim quare nō ſunt exauditi/ ſed in captiuitatē
ducti a romanis. Nota φ peccata oīa reducunt ad tria: Cō/
cupiſcentiā carnis: ⁊ cōcupiſcentiā oculop: ⁊ ſuperbiā. Unde
dicit.j. Joh.ij.c. Omne qđ eſt i mūdo/ cōcupiſcētia carnis ē
⁊ cōcupiſcētia oculop ⁊ ſupbia vitę ⁊c. Et ideo p tria in ſcri/
ptura ſignificant: q̄ diuidūt inter hoiem ⁊ deū: p ſartaginē.ſ.
⁊ nubē ⁊ murū. De ſartagine/ Ezech.iiij.a. Sume tibi ſarta/
ginē ferream ⁊ pone inter te ⁊ ciuitatē. In ſartagine coquunt
carnes: ⁊ ſignificat auariciā/ p quā cōſumunt ⁊ coquunt pau/
peres. Uł auaricia decoquit carnalē mentē: ⁊ eſt mater cura/
rū. De nube/ Threñ.iij.c. Opꝑoſuiſti nubē ne tranſeat ora/
tio. Hęc eſt ſupbia. Sicut eñ nubes rore ⁊ aquis cōcreſcunt:
ita ſuperbia creſcit ex diuitijs. Uñ.ſ.vij.a. Requieuit ſyra
ſup ephraim: qꝛ ſuperbia fulcit diuitijs. Syra eñ interptat
ſublimis: et eſt ſupbia q̄ natiōe eſt cęleſtis. Ephraim ſignifi/
cat diuitiap fertilitatē. Prouer.xxv.b. Nubes ⁊ vent⁹ ⁊ plu/
uię nō ſequētes/ vir glioſus ⁊ ꝓmiſſa nō cōplēs. Itē de muro
q̄ ſignificat carnalia deſideria/ dicit.ſ.xvj.c. Uēter meus ad
moab quaſi cithara ſonabit: ⁊ viſcera mea ad murū cocti late/
ris. Itē in Ps. Et in deo meo trāſgrediar murū.i. obſtacula Ps.17.
carnaliū deſideriop vel cōgeriē pctōp. Sed nota φ alit diui
dit caro a deo: aliter carnale deſideriū. Caro eñ eſt ſic paries
q̄ obumbrat nos vt nō videam⁹ deū facie ad faciē/ dū ſum⁹ i
h corpe. Carnalia aūt deſideria ſūt ſic murus/ q̄ ſe oīno deo
opponūt/ nō facile

ꝗ dendo. a Et peccata veſtra. Iniq̃tates dicit ſcelera ma
iora: peccata ꝟo minora. b Abſcõderũt faciẽ ei⁹ a vo
bis. i. cognitionẽ eius vel auxiliũ ſiue ꝓpitiationẽ: c Ne
exaudiret/ vos: in tempore tribulatiõis clamãtes. Deinde
〈Secu〉nda pars iniq̃tates eoꝝ ꝑ partes exponit/ dicens: d Manus em̃
veſtrę pollutę ſũt
ſanguine: q² idolis
ſacrificabant. e Et
digiti veſtri iniq̃/
f.i.d. tate. Per digitos ſi/
gnificat ſubtilitates ⁊
excogitatiões q̃s in/
uenielbant ad hoc vt
accuſare poſſent ino/
centes: ⁊ damnare ad
Tertia pars mortẽ. f Labia veſtra locuta ſũt mendaciũ. Men/
daces erãt/ ad litterã/ ⁊ fallaces ⁊ deceptores in lingua. Vel/
mẽdaciũ: q² dixerũt: Oia quęcũq̧ dixerit nobis dñs faci/
emus: Exo. xxiiij. a. Et nota q̃ enumerat peccata eoꝝ hic q̃
faciebãt ꝑ oĩa membra: ꝑ manus/ ꝑ linguã/ ꝑ cordis excogita/
tionẽ/ ꝑ pedes. Sequit: h Et lingua veſtra iniq̃tate
fatur. q. d. nõ ſolũ dicitis mẽdacia in ꝓximũ: ſed etiã iniqui/
tates. i. blaſphemias in deũ. Vel iũge ſimul: mẽdaciũ ⁊ iniq̃/
tatẽ. i. mendaciũ iniquũ ſiue ex iniquitate dictũ. i Nõ eſt
〈Q〉uarta pars qui inuocet iuſticiã. i. qui ſit aduocat⁹ ꝓ iuſticia: vel non
eſt qui iuſte velit iudicari. l Neq̧ eſt qui iudicet vere:
q. d. nec ꝓplus vult iuſte iudicari: nec p̃lati volũt iuſte ⁊ vere
iudicare. Vel/ i Nõ eſt q̃ inuocet iuſticiã. i. qui deum
iuſtũ inuocet: ſed inuocant idolũ. l Neq̧ ẽ qui iudicet
vere/ q̃ ego ſim deus: m Sed confidũt in nihili. i. in
idolo. Idolum enim nihil eſt: vt. j. Cor. viij. a. n Et lo/
quunt vanitates: idolo attribuẽtes bona q̃ deus eis con
tulit: Sicut illi qui dixerũt/ Exo. xxxij. b. Hi ſũt dij tui iſrael:
〈Q〉uinta pars qui eduxerũt te de terra ęgypti. o Cõceperũt laborẽ. i.
cogitauerũt ⁊ exq̃ſierũt vt facerẽt mala/ q̃ ſunt cauſa laboris.
Vel/ Cõceperũt laborẽ. i. in ſtudio peccãdi laborẽ habu/
erũt: p Et pepererũt iniq̃tatẽ. i. cõceptã maliciã i fętũ
mali opis ꝓduxerũt. Et hoc cũ magno labore ⁊ dolore: ſicut
part⁹ ſine dolore nõ ẽ. Hiere. ix. b. Vt iniquę agerẽt laboraue
rũt. q Oua aſpidũ ruperũt. Andreas. Ouũ diu fotũ
ꝗ vſq̧ ad ꝓductionẽ
Myſtice ⁂ opponũt nõ facile vincunt: vnde ⁊ murus dicunt: q² vix
tolli poſſunt. a Et peccata vr̃a abſcõderũt faciem
eius a vobis. Glo. ꝓſentiã/ auxiliũ/ gratiam. c Ne ex/
audiret. Dñs em̃ cum exaudit dicit faciem oſtẽdere. Vnde
Pſ. 79. Pſ Oſtende nobis faciem tuam ⁊ ſalui erimus. Item Pſ
Pſ. 24. Reſpice in me ⁊ miſerere mei. Dicit autẽ faciem auertere vel
abſcõdere/ qñ nõ exaudit: Sic homĩes faciũt qñ nolũt exau/
dire aliquas p̃ces/ auertũt faciẽ. Iob. xiij. d. Cur faciẽ tuam
Pſ. 43. abſcõdis: ⁊ arbitraris me inimicũ tuũ? Pſ. Quare faciẽ tuã
auertis: obliuiſceris inopię noſtrę ⁊ tribulationis noſtrę. Itẽ
Pſ. 103. Pſ. Auertẽte aũt te faciẽ tuã turbabunt. Facies aũt dñi dr̃
〈Faci〉es domini multipliciter: Pręſentia eius ⁊ gratia ⁊ auxiliũ eius ſiue co/
〈dicitur〉 multipliciter gnitio eius ⁊ ꝓpitiatio. Et nota q̃ dicit q̃ peccata diuidunt a
deo: ⁊ abſcondũt faciẽ eius. Peccatũ em̃ gladi⁹ eſt: ideo diui
dit ⁊ ſepat animã a vita. Itẽ nubes eſt: ideo obſcurat intelle/
ctũ a veritatis noticia. d Manus em̃ veſtrę pollutę
ſunt ſanguine. Hic ꝑ partes exponit iniquitates iudęoꝝ:
Et dic Hieronym⁹/ q̃ eiſ nõ obijcit hic idolatriã qua eſaię tẽ/
poribus tenebant: ſed effuſionẽ ſanguis: de qua etiã. ĩ. lvij.
a. dixit: Iuſt⁹ perit ⁊ nõ eſt q̃ recogitet in corde ſuo. Dicit q̃
Manus vr̃ę pollutę ſũt ſanguie/ ꝓphetaꝝ ⁊ ipſi⁹ chri/
ſti. Hieremiã em̃ lapidauerũt: eſaiam ſecuerunt: ezechielẽ in
babylone occiderũt: ⁊ tandẽ in filiũ dei inclamãtes dixerunt:
Sanguis eius ſup nos ⁊ ſup filios noſtros: Matth. xxvij. c.
ĩ. j. d. Cũ extẽderitis manus veſtras nõ exaudiã: manus em̃
veſtrę ſanguine plenę ſunt. Hoc etiã dicit nõ ſolũ homicidis
ſed raptoribus: qui pauperũ ſudorẽ ⁊ ſanguinẽ auferũt: ⁊ om
nib⁹ etiã apte peccãtibus. Hiere. ij. g. In alis tuis inuent⁹ eſt
ſanguis pauperũ. e Et digiti vr̃i iniq̃tate: q² ſtudioſi

a et peccãta veſtra abſcondẽ/
b runt faciem eius a vobis ne
c exãudiret. Man⁹ em̃ veſtrę
d
e pollutę ſũt ſanguie: ẽt digiti
f veſtri iniq̃tate. Labiã vr̃a lo
g cuta ſunt mẽdãciũ: ⁊ linguã
h
i vr̃a iniq̃tatẽ fat. Nõ ẽſt q̃ in/
k uocet iuſticiã/ nẽq̧ ẽ q̃ iudi
l
m cet vere: s3 cõnfidũt in nihili:
n ⁊ lõquũt vanitates. Cõcepẽ
o
p rũt laborẽ et pepẽrũt iniqui/
q tatẽ. Ouã aſpidũ ruperunt:

eſtis ⁊ ſubtiles ad faciẽdũ malũ. Hic em̃ ſignificant duo ge/
nera pctõꝝ. Sũt em̃ quędã peccata apta ⁊ cõmunia ⁊ aſſue/
ta: q̃ notant ꝑ hoc q̃ dicit: Man⁹ vr̃ę pollutę ſunt ſan/
guine. Et ſunt quędã noua ⁊ adinuenta ⁊ ſubtilia peccata:
de quib⁹ dicit: Et digiti vr̃i iniq̃tate. De his duob⁹ in/
ſimul dic̃ Pſ. Da il/ †Pſ. 27.
lis ſm̃ opa illoꝝ: ⁊ ſm̃
nequiciã adinuẽtionũ
ipſorum. f Labia
vr̃a locuta ſũt/ non
ſolũ ſermonẽ ocioſũ: Iob. 15. d.
ſed/ g Mendaciũ: Al. ꝑ dolorẽ
qđ peius eſt: q² os qđ
mentit occidit animã:
Sap. j. c. Mẽtiti ſũt
autẽ iudęi dicẽtes/ Ioh. viij. f. Demoniũ habes: ⁊ hmõi. Et
q² adhuc ꝓ chriſto antichriſtũ ſibi ꝓmittunt: et non qđcũq̧
mẽdaciũ: ſed iniquũ locuti ſũt/ ſubdit: h Et lingua vr̃a
iniquitatẽ fatur. i. blaſphemiã. Quõ igit exaudiri poterit
dep̃catio oris qđ talia loqui ↄſueuit niſi ꝑus penituerit? Ad/
huc aũt de ipſis iudęis ſubdit: i Nõ eſt q̃ inuocet iuſti
ciã. i. qui credat in chriſtũ: qui eſt iuſticia mera: ſed ſuã iuſti/
ciã volẽtes ſtatuere iuſticię dei nõ ſũt ſubiecti: Roma. x. a. j.
Cor. j. d. Factus eſt nobis ſapiẽtia a deo ⁊ iuſticia ⁊ ſancti/
ficatio ⁊ redẽptio. Sapiẽtia in p̃dicatiõe: iuſticia i peccatoꝝ
remiſſione: ſanctificatio in cõuerſatiõe: redemptio in morte et
paſſione. l Neq̧ ẽ qui iudicet vere: q² elegerũt barra/
bã: et crucifixerũt ieſum: Matth. xxvij. c. Hiere. v. a. Quę/
rite in platęis hieruſalem an inueniatis virum faciẽtem iudi/
cium et quęrentẽ fidem: ⁊ ꝓpitius ero eis. Vl'/ i Non ẽ q̃
inuocet. i. intus vocet: k Iuſticiã. i. qui i corde ſuo iuſti
ficari precet: qui cor ſuũ iuſticię habitaculũ paret: ⁊ iuſticiã a
deo poſtulet. Eccl. xv. a. Qui timet deũ faciet bona: et q̃ cõ/
tinens eſt iuſticię app̃hendet eam. l Neq̧ ẽ qui iudicet
vere: q² falſo mẽtis iudicio ęt̃nis tpalia p̃ponũt. m Sed
cõfidũt in nihili. i. i p̃ſenti vita/ in virib⁹ ſuis/ in equis/ in
armis/ i diuitijs. Hiere. iiij. f. Aſpexi terrã ⁊ ecce vacua erat
et nihili. Amos. vj. d. Qui lętamini in nihili: qui dicitis/ nũ/
quid nõ in fortitudine nr̃a aſſumpſim⁹ nobis cornua? Vanã
autẽ cõfidentiã cordis ſequit vanitas locutiõis. Vñ ſubdit:
n Et loquunt vanitates: q² qui de terra eſt/ de terra lo
quit: Ioh. iij. d. Pſ. Vana locuti ſũt vnuſquiſq̧ ad ꝓximũ Pſ. 11.
ſuũ. De iudęis aũt exponit q̃ cõfidentes i ſua iuſticia loquũt
vanitates/ fabulis ⁊ genealogijs intendẽtes: vel chriſtũ quo/
tidie in ſynagogis blaſphemãtes meſſiam adhuc expectãdo.
Titũ. j. d. Sani ſint in fide/ nõ attendentes iudaicis fabulis.
o Cõceperũt laborẽ/ multo labore mortẽ chriſti machi
nãtes: p Et pepererũt iniq̃tatẽ/ cogitatũ in actũ ꝓdu/
centes. q Oua aſpidũ ruperũt. i. venenoſa conſilia ſua
⁂ manifeſtauerũt.
Moraliter/ ab illo loco: o Cõceperũt laborẽ. i. pec/
catũ qđ ẽ cauſa laboris: tamẽ delectabiliter concipit. p Et
pepererũt iniquitatem. Cõceptio fit in corde: partus in
operis ꝑpetratiõe: et ibi labor. Hiere. ix. b. Vt iniquę agerẽt
laborauerunt. Pſ. Concepit dolorem ⁊ peperit iniquitatẽ. Pſ. 7.
Itẽ laborem cõcipit: qui ꝓponit currere romã ꝓ litteris: ⁊ pa/
rit frequẽter iniquitatẽ/ dum poſtea per litteras papę iniuſte
vexat innocentẽ. Itẽ m̃lti cõcipiũt laborẽ. i. ꝓponũt penitẽ/
tiã agere/ ⁊ intrare religionẽ: ſed tandem faciunt abortiuũ: et
pariũt iniquitatẽ: quia aliqñ poſt illud ꝓpoſitũ magis effrę/
nes ſũt q̃ añ. ĩ. xxxiij. b. Cõcipietis ardorẽ. i. feruorẽ itrandi
religionem: ⁊ parietis ſtipulã. q Oua aſpidũ ruperũt
vl'/ ſciderũt. Aſpides ſunt demones vel mali homines: qui
obturant deo aures ſuas: ſicut dicit Zach. vij. c. Aggraua/
uerũt aures ſuas ne audirẽt. Pſ. Furor illis ſm̃ ſimilitudinẽ Pſ. 57.
ſerpentis: ⁊ ſicut aſpidis ſurdę ⁊ obturãtis aures ſuas. Aſpis
vnã aurem allidit terrę/ ⁊ aliam cauda obturat ne audiat in/
cantatorẽ: ſic ⁊ malus vnam aurem claudit amore terrenoꝝ:
aliã opilat cauda. i. ſpe ⁊ ꝓmiſſiõe boni finis: cũ tñ Eccleſia/
ſticus dicat. xxix. c. Repromiſſio nequiſſima m̃ltos perdidit.

¶ vſq; ad ꝓductionē fet⁹ tādē rumpit: ſic iudei i corde ſuo diu cogitatiões venenatas fouerūt: ⁊ in opus tandē protulerunt. a ¶Et telas araneę texuerūt.i. inutiliter ſe euiſcerauerūt ⁊ laborauerūt in operib⁹ ſuis: maxime in ſeruiēdo idolis. Vñ Oſee. viij.b. In aranearū telas erit vitulus ſamarię: q2 ventū ſemiabūt ⁊ turbinē metent. Vl' telas araneę texebant: qui in faciēdis ꝓſelytis ſe euiſcerabāt: id ē muſcas capiētes ⁊ culices. b ¶Qui comederit de ouis eoꝝ morietur.i. q ꝯſēſerint ſceleratis cōſilijs eoꝝ peccabūt. d ¶Et qđ confotū eſt erumpet in regulū.i. qđ nequiter ꝓponent in mente, ꝑniciosius ꝓducunt in opus vt alios corrumpant. f ¶Tele eoꝝ nō erūt in veſtimentū.i. aſtutię eorum eis nō ꝓderūt: nec a frigore captiuitatis eos liberabūt. h ¶Neq; opient operib⁹ ſuis.i. meritis operū ſuorū nō defendent ab hoſtib⁹: Quia, i ¶Opera eoꝝ opera inutilia. Liptote eſt.i. nociua. l ¶Et.i. quia, m ¶Opus iniq̄tatis in manib⁹ eoꝝ. Planū ē ad litterā: ideo tranſeundū eſt. Et nō ſolū peccant manib⁹: ſed ⁊ alijs mēbris: Vñ ¶ dicit: Pedes * manifeſtauerūt.

Sexta pars

Myſtice — Joh.11.f. a ¶Et telas araneę texuerunt.i. inutiliter ſe euiſcerauerūt: quia ne amitterent locum ⁊ gentē eum ꝑdiderunt: et ideo et locū et gentē amiſerūt. b ¶Qui comederit de ouis eoꝝ.i. qui cōſenſerit conſilijs iudeoꝝ: c ¶Morietur, morte ęterna. d ¶Et qđ confotū eſt erūpet in regulū. Regulus ſerpēs, eſt rex ſerpentū: ⁊ ſignificat antichriſtū, regem omniū maloꝝ. Qđ, ergo, cōfotū eſt erumpet in regulū: q2 ꝓpter maliciā eorū q̄diu fouendo tenuerūt, mittet eis operatorem errorū antichriſtū. Vel qđ confotū eſt erumpet in regulū: q2 corda iniqua ⁊ venenoſa conſilia verbis oſtēderūt, dicētes: Reus eſt mortis. Et — Matth.26.g. Hieronym⁹. Quia ſupra dixerat: Telas araneę texuerūt: exponit quō telaꝝ iſtaꝝ textura ꝓficiat, dicens: f ¶Telę eoꝝ.i. doctrina ⁊ conſilia ⁊ opa eorum: g ¶Nō erūt in veſtimentū.i. nō munient eos nec fouebūt. Et ideo vt ſciamus ꝑ telas opera demonſtrari, ſubdit: h ¶Neq; opient operib⁹ ſuis, cōtra frigus captiuitatis vel ęternę damnatiōis: Quia, i ¶Opa eorū opera inutilia: ⁊ ideo telis aranearū comparant. l ¶Et opus iniq̄tatis.i. mors chriſti q̄ dicit opus iniquitatis antonomaſice: n ¶In manibus eoꝝ: q2 chriſtū hora tertia crucifixerūt q̄buſ dicerent: Nobis nō licet

Moraliter * Ouū autē rūpit ⁊ ꝓducit pullū.i. opus prauū: qn malignoꝝ ſpirituū vel malignoꝝ ſuggeſtoꝝ cōſilia q̄ in cordibus prauorum latent, prauis operibus aperiunt. a ¶Et telas araneę texuerunt. Homo malus comparatur araneę: cui⁹ tela multiplex eſt. Vita.ſ. quā ducit: vel opera quę facit: vel temporalia quę ſibi colligit: vl' doctrina quā alijs miniſtrat ⁊ impertit. Aranea eñ cū labore texit: q2 ſe euiſcerat texendo: ita ⁊ mali in operib⁹ ſuis ⁊ i temporalib⁹ cōgregādis. Eccl.x.b. Auaro nihil eſt ſceleſtius: hic eñ ⁊ animā ſuā venalē habet: quoniā in vita ſua ꝓiecit intima ſua. Itē poſt laborē nō capit niſi muſcam aranea: ſic poſt magnū ſtudium non capit theologus niſi vnā ꝓbendam. Item aranea nō in plano texit ſed in angulis domorū: ſic ⁊ mali in duplicitate cordis opant et fraudes alijs machinant. Soph.iij.a. Diſperdidi gentes et diſſipati ſunt anguli earū.i. anguſtię ⁊ fraudes eorū. Item aranea texit maxime in horis veſpertinis: ita ⁊ mali: quia qui male agit odit lucē: Joh.iij.c. Item aranea quę texit in veſpere eſt auarus: qui ſollicitatur de diuitijs congregandis in ſenectute. Item facile a vento diſſipat quicqđ ab aranea cū labore texit. Job.viij.c. Nō placebit vecordia ſua: ⁊ ſic tela aranearū fiducia ei⁹. Ibi Glo. Tela aranearum ſtudioſe texit ſed flatu venti diſſipatur: ſic quicquid hypocrita exudat, aura fauoris exufflat. Gregori⁹. Hypocrita dum laudat diſſipat. Item domus deſertę abundant telis aranearū: ſic ⁊ ho-

Homo malus cōpat araneę

a et telas araneę texuerunt. b Qui comederit de ouis eo- c rum morietur: et quod con- e fotū eſt erumpet in regulum. f Telę eoꝝ nō erūt in veſtimentū: neq; opient operibus ſuis. Opera eoꝝ opa inutilia: Et opus iniq̄tatis i manib⁹ eoꝝ.

